



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:


- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

C)

947



42-8

~~1973-1974~~

FILE  
26379





R. 165170

AYMARI RIVALLI ALLO  
BROGIS IVRIS CONSVL  
TIAC ORATORIS LL  
BRI DE HISTO  
RIA IVRIS CI  
VILIS ET  
PONTI  
FICIL.

26.379

Cum gratia et priuilegio in dorso huius  
paginae posito.



Venundantur Valentie in biblioteca Ludouici  
Oliuelli bibliopolevntuerfiratis Valeñ. iurati.

*De la libreria del collegio de la Compañia de J. de M.*





LE ROY DAUPHIN Par la grace de dieu Roy de France  
dauphin de vienoys/conté de valentinois et  
doyis. A nos aimes & feaulx les gouuerneur/  
ou son lieuten& gens tenans nostre court de  
parlement du dauphine: seant a grenoble pres  
uoist de paris/senechal de Lyon, & a tous nos iustis  
ciers & officiers/ou a leurs lieuten&. Salut et dilection. Receue  
auons lumble supplication/de nostre cher & bien aime ma  
istre Loys Oliuelli libraire demourant en nostre ville de Vas  
lence: cōtēnēt que imprimeroit voulūtiers ou feroit imprimer  
vng liure nomme le liure de l'histoire du droit ciuil compose  
nouuellement par maistre Aymar Riuaill, mais il doubte q̄  
incōtinēt apres quil lauroit faict imprimer aucuns aultres  
libraires voussissent semblablement iceluy liure imprimer:  
et par ainsi ne pouroit retirer les effrais quil y feroit, pource  
est il que nous ces choses cōsiderees inclinans liberalemēt a  
la supplicatiō dudit maistre Loys Oliuelli: a celluy pour ces  
causes et aultres a ce nous mouuās pmettons & octroions  
de grace especiale: quil puisse: & luy lose imprimer ou faire  
imprimer le dit liure de l'histoire du droit, iusques a deulx ans  
prouchainemēt ven&. Sans ce que durāt le dict temps aucū  
aultres libraires ou imprimeurs puyssent iceluy liure faire  
imprimer/en faisant/ou faisant faire expresse inhibition/&  
deffense, de par nous sur grans paines a nous appliquer/et  
de perdition desdicts liures: que durant le temps nul aultres  
libraires n'ayent a imprimer le dit liure. Si vous mādons &  
a chescun de vous coment a luy appartient/que de nos  
presentes graces layssent ioyr. Car tel est nostre plaisir &c.  
Dōne a grenoble le. viij. iour dauost, Lan de grace mil cinq  
cens et quinze. Et de nostre regne le premier.

Par le Roy dauphin vous & aultres presens:

Portier:

Illustri ac magnifico viro Antonio de prato: præstantissimo Galliarum Cancellario & iurisconsulto celeberrimo Aymarus Ritualius Dalphinensis. S. D.



AIUM Iuris peritum secutus dignissime Cancellarie: nefas semper existimaui neglecta iuris historia: velle civilem aut pontificiam disciplinam adipisci: presertim cum de abrogatione, & iuris derogatione agitur: nam cum posteriores leges prioribus contrariis abrogent: si ignoremus qui legumlatores præcesserint: quive secuti sint: haud facile sciemus: quæ quibus derogent: præterea historia euidentiore iuris præstat intellectum: & alias in sapientia civili ac pontificia utilitates affert: quæ lecta vtriusque iuris historia patebunt: quare his adductis rationibus: Italiam peragrando coniungere quinque libris ius & historiam Romanorum primo enixus sum. Deinde singulari libro iuris pontificij explicare historiam volui. Quos ut præstantissimi hominis: & omni virtute præditi tutelam habeant. sub tuo nomine edimus: & tibi qualescunque fuerint: legumlatorum veterum exemplo dedecamus. Illi enim quos suæ leges forent sanctiores: ad aliquod numen eas referebant: ut Minos: Licurgus: Solon. & Numa Pompilius: qui ad Iouem: Appollinem: Mineruam. & ægeriam suas leges retulerunt. Ita quoque mei libri maiorem habeant authoritatem: eos ad tuam dignitatem referimus. Es profecto: ut ab iclito dalphinatus præside magnifico Iafredo Carolo milite strenuo sapius interloquendum accepi: oim disciplinarum pater: fautorque ac in omni virtute: & rerum experientia præstas: vñ cum summa laude & iusticia ois minores & medias galliæ. dignitates iureconsulto aptas prior obtinisses

et tui in illis periculum fecisses; merito tandem ad summam  
cancellariatus dignitatem peruenisti. Nostrum igitur opus  
tanti viri protectione munitum; apud omnes plus fidei; &  
authoritatis habebit; & audacius in lucem veniet. Scio certo  
quod non deerunt qui varia de eo sentient; cum neque com-  
mentarijs eloquentissimi Caesaris pepercerint. Ciceroni enim  
placuerunt, et Hircius eos cum admiratione probauit; sed  
Afinius pollus parum diligenter; parumque integra veritate com-  
positos putauit. Ast saltem liuidi propter tuam autoritatem  
tacebunt; & tui ingenij praestantia; quo perfectam omnium  
ferme disciplinarum cognitionem nactus es confutabuntur. Vale.

Aymari Riuallij dalphinensis seu Allobro-  
gis carmen de eodem illustri Antonio de pras-  
to aequissimo Galliarum cancellario.

Cur metuis nostras ades mi exire libelle?

Mordacem ne times; qui omnia dente premit;

Pergeforas; exi in medium; depelle timorem; Et

Cancellarium adi iusticiae hospitium.

Qui romanorum leges; praecipaque noscit;

Et qui est diuersa doctus in historia.

Quique ob iusticiam toto est celebratus in orbe.

Cognitus & generis nobilitate sui.

Is te defendet; si quisquam dente canino

Nomen vel famam dilacerare velit.

PRIMVS: Fo. iij.  
 AYMARI RIVALLII ALLOBRO-  
 GIS PRIMVS IVRIS CIVILIS  
 HISTORIAE LIBER.



**IUSTITIA** Aristotelis testimonio  
 est virtus: qua homines iusta vo-  
 lunt: ac operantur. Et est duplex, le-  
 gitima/ et particularis. Legitima  
 omnes complectitur virtutes: et p-  
 eam aliquis leges in omni virtute  
 condit: conditas decernit: et decre-  
 tas cum conditis executioni man-  
 dat: studiumque in beatam vitam/  
 et cōmune bonum dirigit. Particularis autē iusticia ab alijs  
 est virtutibus distincta species: & ei reliquæ virtutes omnium  
 philosophorum opinione cedunt: quā speciali nomine aliqui  
 æquitatē quoque appellāt: per hanc enim mortalis homo ius  
 suum unicuique tribuit: quo nihil est sanctius: nihil æquius:  
 nihil quoque utilius. Ius autem cuiusque e naturali iure cog-  
 noscit: gentium: aut civili: vnde si secundum hæc egerit: iusti  
 fungetur officio. Sed omisso iure naturali: quod nec bruta  
 quidem ignorant: & gentium quo omnes humane gētes vti-  
 tur: vt scribit Vlpianus libro digesti. primo. Cōtētus ero iuris  
 ciuils originem nūc inquirere: quod populus Romanus sibi  
 constituit: claruit proculdubio gens illa ante alias omnes  
 iusticia legitima: qua tam æquum ius ciuile sibi constituit: vt  
 omnes ferme gētes id admiserint: cuius sciētia (vt dixi) ius  
 intelligens homo cuiusque: æquitatem quoque habere: & serua-  
 re: id est ius suū unicuique tribuere poterit. Constat autem  
 hoc ius ciuile Romanorum ex scripto: & ex non scripto. Ius  
 scriptum (vt Papinianus tradit) e legibus venit: plæbiscitis:  
 senatuscōsultis: Magistratum edictis: decretis principum

a iij



## LIBER PRIMVS

et authoritate seu responsis prudentum. Quorum authores & initium/origines: nūc referre est animus; quod nō paruo fuerit adiumento ad ciuiliſ disciplinæ intellectum: ſi Caſo noſtro de origine iuris credimus.



**R**IS eſſe ſpecies reipublicæ Ariſtoteſi li. poli, tertio viſum eſt; qñ ſcilicet qui his præſunt; iuſtiçia, colunt legitimã; qua inferiorum cōmodo & honeſtati ſtudent; leges prout ciuiliſ dirigit prudentia/circa materiã cuiuſcunq; virtutis condēdo; cōditas decernendo; & decretas cum cōditis executioni tradēdo. Nam aut penes vnum eſt ciuitatis gubernatio; & Regia dicitur reſpublica; aut apud paucos; & Ariſtocratia nominatur. Interdum autem multi ciuitatem gubernant; & tertiã eſt reipublicæ ſpecies, quæ Timocratia appellatur; quod ſi omniſa iuſtiçia vtpote nullas leges æquas cōdendo/aut indulgentia malos mores pullulare ſinendo; vnus; pauci; aut multi imperio præſideant/et propriæ vtilitati ſtudeāt; totidem ſordes præſcriptis rebus publicis oppoſitas conſtituunt; quæ tyrānis / Olygarchia/ & democratia appellātur. Regia enim Reſpublica vt partim culatim et diſtinguamus/ & loquamur; eſt dominatio vnus non proprio ſed regni intēditis bono cōmuni. Rexque qui ei præſt/ appellatur. Sed tyrānis regiæ oppoſita; eſt principatus vnus ſuo quidē proprio & non Regni ſubditorūque bono intendentis; & qui ei præſidet/tyrannus dicitur. Secūda reipublicæ ſpecies quam Ariſtocratiam nominauimus; eſt quum per ſtudioſos & optimos ciuitas regitur; huius moderatores magiſtratus & optimates dicuntur. Sed in olygarchia pauci & quidem prauis non ſecūdam dignitatem bona diſtribuentes/ciuitatem gubernāt. Timocratiam vero multi mediocres reipublicæ curam habētes conſtituunt; quādo omnium vtilitati ſtudent; & conſulunt; quod ſi plæbeiorum

dūtaxat cōmodo vacent, Democratiam constituunt Timocratiaē aduersantem. Has autem tris republicas apud Romanos seriatim fuisse; hisque præsidentes iura constitutē ostendemus. Constat enim gentis huius Imperium Reges primum tenuisse; & ante Romulum nemo id habuisse traditur; qui e Rhea Siluia a Marte fuit cum Remo susceptus: quod quātū veritatis habeat; studioso huiusmodi rerū inquiritori relinquitur. Dicere etē de eo & regibus cæteris tantum proposui e Liuiō/Dionisio/Eutropio/Plutarcho/Eusebio & alijs historicis; quod ius Romanorū ciuile exigit, et in breuitate Cornelii sequar nepotē de viris illustribus; nisi iuris ciuilibus facienda declaratio me aliquando prolixius scribere cogerit; huic em magis intēdā/quā historiaē cōtextui.



ROMVLVS & Remus fratres primum a lupa; mox ab Acca Laurentia Faustuli pastoris coniuge educati a mulio interfecto Regnum nuntiatori auo restituerunt. Ipsi coactis pastoribus urbem condiderūt; quam Romulus vulturū augurio victor, Romā vocauit, & ne quis vallū illius trāsiliret edixit, quod Remus irridens trāscendit; & ideo a Fabio centurione rastro fertur occisus. Romulus deinde coniugij gratia finitimorum virgines quæ prætextu ludorum quos simulauerat; Romam venerāt; iam legatis negatas rapuit. Hinc primum bellum Centinēses mouerunt; quos Romulus subegit, mox Antennates; inde Crustuminos bellū inferentes fudit. Nouissimum bellum est a Sabinis ortum; inter quos & coniuges pacem raptæ conciliarūt; & foedere percusso eos in urbem Romulus recepit; centum senatores quorum consilio vteretur; delegit; & vt fenestella de magistratibus tradit, eos ab honore patres ab ætate senatores appellauit. Tris equitum centurias insituit; de suo nomine Ramnenses/a Titotacio Ticienses/a Lucmone luceres ap

## LIBER PRIMVS

pellauit, Populum in tres tribus distribuit; & singulis præfectos duces tribunos nominauit. Tribus singulas indeceni curias partitus: totidem curiones eius præfecit. Pomponius curias Romulum ideo dixisse scribit: quod reipublicæ curiam per sententias earum partium expediebat: & ita leges aliquot curiatis ad populum tulit. Fuerunt in decurias ab eo diuisæ etiam curiæ: quas decuriones tuebantur, omnium primus cum certo iure populum ageret docuit his & alijs latæ legibus; vt mulier quæ viro per sacras leges contuncta esset; pecuniarum omnium/sacrorumque sociâ esset: viroque defuncto; vt filia patri; succederet; & vt filius toto vitæ tempore in patris potestate foret/quæ castigare verberare: operique dare rustico/& occidere posset. Sed & vendere filium permittit, hanc viri decem. Post reges exactos in decem tabulis alijs cum legibus secundum Dionysium, conscripserunt. Vxorî virum relinquere alia lege Romulus (si Plutarcho credimus) prohibuit. Sed viro vxorem repudiare permittit; si in veneficio natorum/aut in adulterio/aut in clauium adulatione deprehensa foret; quod si aliter quis eam repudiasset; eius copiarum partem vxori dari; partem Cereris sacrâ esse iussit. Sanxit etiam de mulieribus supplicium sumi; quæ vinum bibissent; proinde ex instituto cognatis osculum ferebatur; vt si vinum bibissent; odore deprehendi posset, sicut e Gelio: Catione; & alijs didici; & forte propterea Cæsari cum mane ad comitia habendi pontificatus gratia descenderet; mater osculum dedit. Insuper quum populum in patres & plebeios Romulus rursus diuisisset; & hi illorum patrocinio vterentur; vltimum eos proditiõnis lege quam sanxerat; teneri voluit; si sese accusassent; contrave testimonium dixissent; vel suffragium tulissent aduersum; aut cum inimicis foedus percussissent. Annum in decem menses diuisit; primum quoque Martium e patris nomine appellauit, & vt annus trecentorum quattuor

dierū esset; cōstituit. Mēses in calēdas; idus & nonas post dī  
 strībuti sunt; quorum rationem Ouidius in fastis; & Macro  
 bius diligēter in saturnalibus explicant, mortem quinto &  
 quinquagesimo aetatis anno; regni septio & trigesimo obiit  
 at qualiter perierit; certi nihil dicere auisim; Lūio Dionisio  
 halicarnaseo & alijs de hac re disceptātibus, sequenti anno  
 nullus rex creatus fuit:



**M**UMA Pompilius pomponij filius omnīū postea cō  
 sensu rex creatus; nullam belli expeditionē suscepit;  
 sed sacra plurima instituit. Maximum enim pontifi  
 cem/flamines trīs Dialem/Martialem/Quirinalem/& sa  
 lios Martis sacerdotes duodecim creauit; cōfectis vestāe ad  
 bus virgines vestales legit; quas in delictis minoribus a pō  
 tifice verberibus affici/ob incestum autem viuas defodi im  
 perauit; qui mos etiam post reges exactos seruatus est. Nā  
 & P. Licinius pontifex maximus virginem quādam vestā  
 lem quā nocte quadam aeternum ignē incuriose nimis ser  
 uauerat; longe post flagro admouit, & incestus causa defo  
 di Corneliam virginē maximam Domitianus imperator  
 iussit. Diuini cultus institutionem in octo partes numa di  
 uisit; quas totidem ministris partim a se/partim a Romulo  
 creatis tradidit; curiōibus scilicet triginta/flaminibus/celerū  
 ducibus/auguribus/virginibus vestalibus; salijs; foecialibus/  
 & pōtificibus. Ianū belli pacisq; indicem fecit; vt apertus bel  
 lum/clausus pacem esse significaret, & cum Ianuarium & Fe  
 bruarium consecisset e diebus quinquaginta/quos nume  
 ro veteri addiderat; & e sex diebus quos illis sex mēsis de  
 traxit; qui triginta dies habebant; annum ad cursum lunae  
 in duodecim mēses dīstrībut; & primos anni menses hos  
 esse voluit; vt Macrobius libro saturnalium primo scriptum  
 reliquit. Plutarchus tamē aliquos refert; qui hosce mēses sub  
 Romulo fuisse existimauerint; vt cūque fuerit annus deins

## LIBER PRIMVS

de apud Romanos calendis ianuarijs incepit sicut Plutar-  
 chus in Mario & Numa docet: quod institutum adhuc serua-  
 mus: & illa die strenua boni ominis gratia sicut olim dari so-  
 let: nā & caligula imperator/ si Trāquillo credimus: strena  
 calendis ianuarijs stans in vestibulo aedium a populo rece-  
 pit: leges plurimas & quidem viles tulit: fundorum enim fi-  
 nibus ut suo quisque contentus esset: sacros iouis lapides ap-  
 poni iussit: eosque occultates aut trāsferētes occidi impune:  
 sacrilegorū instar voluit: & cū deficerēt testes: dubios cōtra-  
 ctus fide & iureiurādo terminari cōstituit: vnde sic magistra-  
 tus disceptationes plurimas breui dirimere iureiurādo do-  
 cuit. Mulierem quoque infra decem menses post obitū mar-  
 ti nubētem immolare pregnantem vaccam iussit: ne Pellex-  
 ædem iunonis tāgeret: & si tāgeret. ut lunoni dimissis crini-  
 bus agnum foeminā caderet: lege testimonio Gelijsanxit:  
 eum qui hominē liberū sciens morti daret: parricidam: ut fe-  
 stus ait: esse constituit. filium cui pater vxorem ducere per-  
 miserat: distrahi prohibuit. Postremo cū tribus & quadragin-  
 ta ānis regnasset: morbo ānos gerēs sup octoginta excessit.



**VLLVS** hostilius ab Romulo rex tertius albanos  
 Trigeminorū certatiōe supauit: Albam ob perfidiā  
 metij Suffectij ducis solo æquauit: populum albanū  
 Romam traduxit: montem caelum vrbi addidit: Suffectiū  
 quia in bello veientū & fidenatium quos tullus fudit: prodī-  
 tor fuerat: equis distraxit. lectis in patres albanorum prin-  
 cipibus/ ordinē senatoriū suppleuit: ordinī aucto cursā ho-  
 stiliam fecit: Sabinos deuicit. Fulmine ictus cum regta āno  
 regni altero & trigesimo conflagrauit.



**ANCVS** Martius Humæ Pompilijs filia ortus patrū  
 plebisque voto regnū accepit: latinos bello subegit  
 Auentinum & Ianiculum montem vrbi addidit: ves-  
 tigal salinarum instituit. Carcerē mediā vrbe primus adī-

ficauit. Cornelius eum ab Aequicolis foeciale ius quo legati ad repetendas res vterentur; translulisse dicit. Hostiam coloniã in hostio Tyberis deduxit. quattuor annis supra viginti regnavit/alia facturus/si immatura morte praeventus non fuisset.



**C**ARQ VINIVS Priscus Demarathi corinthij filius ab Anco tutor liberis relictus regnum oratione habita intercepti; magnos ludos instituit; vrbe muro lapideo cinxit; Sabinos priscosque latinos bello domuit; Circum maximum aedificauit. Senatus maiestatem centu viris ampliauit; qui deinde minorum gentiu fuere appellati; centurias equitum duplicauit; filio annos tres decim nato propterea quod in praelio hostem percussisset; praetextam bullaque dedit; hinc exordium habuit/quod bulla & praetexta pueroru ingenuoru dicerentur esse insignia; Primu bellu cu latinis gessit; & eis vi oppidu Appiolas capit; anno regni duodequadragesimo interfectus dolo liberoru Anciprincipis fuit.



**S**ERVIVS Tullius prisci Tarquinij gener: Tullij corniculani; & ocretiae captivae filius regnu ope ra Tanaquilis Socrus adeptus est: Illa em occiso rege ex alto ad populum despiciens; priscum matum ne laetale quidem vulnus excepisse dixit; sed interim du conualesceret; Seruio vices suas demadare; hoc modo Seruitus imperium nactus Ethruscos domuit; censum/deinde classes/centuriasque instituit; populum in quattuor tribus distribuit; leges comerciales/deque iniurijs curijs; quae erant quinquaginta numero confirmauit. collem quirinalem & viminalē & Esquilias vrbi addidit. Aggere fossis & muro vrbe circudedit. duas filias Aruti & Lucio Tarquinio socerj liberis i matrimoniū dedit. Sed imitris Tullia noie viri; et Lucius vxori bonae supstites; moru similitudie adducti mmoniu



## LIBER PRIMVS:

facile contraxerunt; mox Tarquinius a Tulia incitatus regnum cōuocato senatu repetere voluit. Seruius autē veniēs vt resisteret a Tarquinio curiæ gradibus deiectus & domū refugiens post quattuor & quadraginta annos quam regnū acceperat; interfectus fuit. Primus post urbem cōditam æs signare cœpit; vt Plinius li. xxxiij. naturalis hīstorīæ tradit; repetita vetere signandi cōsuetudine ab Iano gemīno rege primo italiæ introducta; qui vna nūmi parte sui capitis effigiem/ altera nauim qua aduectus i italiā Saturnus fuerat; exprimi voluit; sic illius memoriæ consulens/ abs quo peritiam ruris edoctus fuerat; eūque regni societate munerauit; vt apud Macrobiū lib. satur. primo. legimus. Signatū est etiā æs nota pecudis/ vñ pecunia dicta; necnō suis aut bonis signo; vt Plutarchus in vita publicolæ scribit; eo q̄ cum nummorum vsus apud Romanos frequens non esset; pecudibus & iumentis fontes plecterentur. Nota nūmi aerei fuerunt deinde; ex vna parte consulum capita; tertio locotrium virorum rei publicæ constituendæ effigies; & nouissimē imperatorum imago, ex parte altera varia in numismatibus signa video; modo est lupa Remum & Romulum lactans; aliquādo triumphus; interdū ciuica cum his litteris ob. C. S. Sæpius fœcialis equo vectus dea deus ve aliquis; alias præterea complures non id genus figuras e voluntate nūmos percutiētū in ipsīs numismatibus videmus, quas callens hīstoriam dūtaxat cognoscere poterit. Nummus vero argenteus vt Plinius eodem loco scriptum reliquit; percussus est anno urbis quingētesimo octogesimo quinto. Q. Fabio cōsule/ quinque annis ante primū bellū punicum; cuius nota bigæ & quadrigæ fuerūt; inde bigati & quadrigati nūmi appellati sunt; mox lege Papyriana Semiunciales asses facti fuerunt. Victoriatus deinde nūmus lege clodia percussus est; & ita a signo victoriæ quo insculptus erat; dictus est;

pōstea argenteus nummus eisdem notas quas æneus ha-  
 buit: parte vna consulum scilicet/aut trium virorum capita  
 et postremo augustorum effigiem: ex altera multiplices for-  
 mas sicut æneus habuit: vnde Augustus (vt Suetonius scri-  
 bit) nūmum argēteum nota Syderis capricorni quo natus  
 fuerat: percussit. & Nero nūmum citharedico habitu/quo se  
 oblectabat: fabricauit. Aureus nummus sexagesimo altero  
 anno post argēteum percussus est: cui cōsulum primo: triū-  
 que virorum secūdo: deinde Imperatorum capita ex vno la-  
 tere imprīmī cæperunt: & ab his sicut alij saepe nomen acce-  
 pit: quod & inscriptio demonstrabat. Vnderōnibus his vnā  
 iudæorum dubitationem subdolam Christus diremit: nam  
 eis an liceret censum soluere Cæsari percūctātibus dixit: vt  
 sibi numisma census ostenderent: postea cuius imago illa/  
 & in nūmo posita superscriptio esset: interrogauit: demū iu-  
 dæis has Cæsaris esse respondētibus: quæ erant Cæsaris red-  
 dere Cæsari: quæ dei erant/ deo reddere iussit. In altera nūmi  
 aurei parte varias vt in cæteris notas reperio. Et aliquando  
 Romæ magistratus fuit: quem tres viri monetales auri argē-  
 tique flatores gerebant: quorum teste Fenestella diligentia  
 erat: vt numismata auro probro argentoque fabricarentur.  
 Nummi inuentione humanis necessitatibus subuentū est:  
 & pmutationi introducta emptione derogatum: origo cer-  
 te emēdi/ vendēdique: vt in libro digestorum duodeuigesi-  
 mo apud Paulum scriptum habeo: a permutatiōibus capit  
 olim em̄ nō ita nūmus erat: neque aliud merx/ aliud precū:  
 vocabatur. Sed vnusquisq; secūdum necessitatem temporū/  
 aërerum vtilibus inutilia permutabat: quoniam plerūque  
 euenit: vt quod alteri superest: alteri desit: sed quia non semp  
 nec facile cōcurrerat: vt cum tu haberes: quod ego desidera-  
 bam: inuicem haberē: quod tu accipere velles: electa est ma-  
 teria: cuius publica ac pperua estimatio difficultatibus per-  
 mutationum aequalitate quātitatīs subueniret: eaque matre

## LIBER PRIMVS

ria publica forma percussa; vsum dominiumque non tam e substantia/quam e quantitate præbet; nec vltra merx vtrūque; sed alterum præcum vocatur.



**V**CIVS Tarquinius prisci Tarquinij filius regni administrationē Serulo occiso occupauit; Gabios per sextum filium simulato transfugio domuit; leges aliquot tulit. Sed & veteres multas sustulit. Superbi cognomen ob iusticiæ contēptum meruit; vt apud Halicarnaseum lib. i. & iij. scriptum legimus. Princeps enim iste non regiam rempublicam/ sed tyrannidem magis constituit; proprio enim non subditorum commodo studuit; vnde tyrannus non rex dici meruit; cuncta libidine magis q̄ legibus regens tantum a patrum consilio & opinione in rebus gerendis abfuit; vt ex eis partem clariorem morte & exilio perdidit. volscis Suesfam & pometiam eripuit. cloacam grædem/ & locos in circo cōposuit. primus ferias latinas adiuuenit; vincula excogitauit; taureas; fustes; lantumias; compedes; catheras; exilia; & metalla. primus regum morē de omnibus senatum consulendi soluit; rempublicam domesticis consilijs administrauit; bellum/ pacem/ foedera/ societateque per se cum quibus voluit in fusu populi; & fecit & diremit; templum Ioui in capitolio ædificauit; & cum ardeā obsideret super alia ob violatam a sexto filio Lucreciā/ anno regni quinto & quadragesimo ( si Luiuio credimus ) vrbe exactus est. Sed Halicarnaseus annos quinque supra viginti eum regnasse libro primo & quarto asserit; regnum dein de per Porfenam Ethruriæ regem frustra recuperasse conatus. Cum is cum summa ignominia reliquum vitæ tempus exegit. Huius temporibus Sextus Papirius iureconsultus apprime peritus fuit; qui si Pomponio credimus leges sine ordine ab regibus latas in vnum composuit. liberque eius hac ratione ius ciuile Papirianum appellabatur. Lex ergo

prima iuris civilis species primum ab regibus originem habuit: quapropter eos non ab re commemorauimus: mox a populo: vt statim dicitur processit: nā sunt leges principis sicut liberi populi: vt Valla tradidit: sed quæ ab rege conduntur/alterius consensum nequaquam requirunt: quæ autem a populo sancuntur: consulis interrogatiōe egent, & propterea iure consulti legem esse dicunt/quam populus Romanus senatorio magistratu interrogante veluti consule constituebat: qua diffinitione leges ab Regibus conditas non comprehendunt: eo quod cum suis latoribus exoluerunt perempta prima reipublicæ specie: cui regia manus a condita vrbe ad suam eiectionem vsque ducentis annis & quadraginta quattuor omnium opinione præfuit.



LIBER SECVNDVS  
AYMARI RIVALLII ALLO  
BROGIS SECVNDVS IV  
RIS CIVILIS HISTO  
RIAE LIBER.

LEGES.



**C**ACTIS Regibus fuit apud popu-  
lum Ro. altera reipublicæ species  
Timocratia nomine; quæ est prin-  
cipatus multitudinis / quæ nullo dis-  
crimine habito omnium curat uti-  
litate & inquiri. Illo enim tempo-  
re, P. Romanus reipublicam cum  
omnium cõmodo gubernavit; et lo-  
co regū duos cõsules creavit : quos  
vnoquoq; anno; ne auderent aliquid mutari placuit; vt Sa-  
lustius in cati. scribit; & quia calendis Ianuarijs apud Ro-  
manos annus incipiebat; tunc ipsi cõsules procreati magis-  
tratum insibãt; vt ex Plutarcho in vita Marij colligit; & Mar-  
cellus de conditionibus & demonstrationibus ostendit. Con-  
sulatus tamẽ teste Liviõ interdum idibus Martijs initus est.  
Mos quoq; erat vt designati cõsules gratias populo agerẽt  
Benigneq; alloquerẽtur; quod Paulus Aemilius in secundo  
cõsulatu facere noluit; affirmans non sui sed; efflagrantis  
populi gratia se cõsulatum secundum petiisse. Dicti sunt  
autẽ eo nomine cõsules secundum Fenestellã quod publicæ  
rei cõsulere deberẽt; Et cum lege tribunitia omnes fere ab  
regibus cõstitutæ leges exoleuissent; in earum locum ipsius  
populi leges ad cõsulum aut; tribunorum interrogationẽ  
late subrogatæ sunt; atq; successerunt; primum enim, L. Iu-  
nio Bruto, & L. Tarquinio Collatino primis cõsulibus crea-  
tis; ne ipsi & ceteri deinceps per omnia regtam potestatem

b



## LIBERS ECVDVS

sibi vendicaret: lege cautum est teste Pomponio iureconsulto: vt ab cōsulis ad populum prouocatio esset: neue sine iussu populi ī caput ciuis Romani animaduertere possent: solum eis relicta est coertio: & vt in vincula publica duci iuberēt. Plutarchus tamē hanc legem a. P. Valerio publicola consule latam fuisse scribit: postea Tarquinius Collatinus sorore Tarquinij superbi & fratre patruale genitus/ vidēs nomen suum eo quod de gente Tarquinia esset/ ciuitati iniūsum se consulatu' abdicauit: rebulq; suis omnibus Lauiniū translatis ciuitate excessit. Hinc Brutus alter consul ex senatu consulto ad populum tulit: vt omnes Tarquiniaē gentis exules essent: deinde, P. Valerius in Collatini locū suffectus legem cōmitijs centuriatis post bruti exitum tulit. Ne quis magistratus ciuem Romanum aduersus prouocationē verberare/ aut necare, veller; & de sacrando cū bouis capite eius qui regni occupādī consilia inisset. Lege ciuium vectigalia etiam sustulit: si Plutarcho credimus: & ærarium creatis duobus quæstoribus Veturio & Minutio Saturni adē constituit: & cōsulibus non parentes bouum & duarum pecudū præcio quādoq; mulctari disposuit: multas alias Solonis leges Publicola ad suum vsum traduxit. Sextodecimo anno post reges exactos ppter tributum & militiam quam plæbs tolerabat: in montē sacrum trans Anienem secessit: & duos tribunos, G. Liciniū, & L. Albinum/ qui plæbeij essent magistratus: creauit: leges quoq; quibus suum in patres ius tueretur: priusq; in urbem reuerteretur. Tribuno rogante condidit, vnde & sacrate dicebātur/ ad patrum plæbisc; cōcordiam pertinētes: Et vt Menenius Agrippa patribus plæbē recōciliaret: inter cætera ab eis cōcessum est: vt plæbis magistratus essent sacrosancti: neue cui patrū capere eum magistratū liceret: & ita plæbs in urbem reuersa est: Postea cum Marcius Coriolanus ingētem voscorum exercitum portis urbis admouisset, vt patriam oppugnaret: nullisc; ciuium

legationibus flecteretur; tandem veturiæ matris et volumniæ uxoris precibus; & lacrimis ab vrbe castra mouit: quare Sp. Nancio & sex, furio cōsulibus a senatu decretum fuit; vt foemina semita vtri cederēt; vt purpurea vestæ; & aureis segmentis vterētur; quod Primum in hanc usq; diē seruetur; & Romuli temporibus authore Plutarcho etiam in vsu fuit, Lex agraria paulo post a SP. Cassio consule primū promulgata fuit; qua dimidium agri ab Hernicis adempti latinis; & dimidium plæbi diuidere voluit; sed cū maximis motibus rerum agitata est; sicut alie id genus; quæ post istā latae fuerunt, Volero deinde Tribunus plæbis legem, L. Plinarius & P. furio cōsulibus ad populum tulit; vt plæbeij magistratus tribunicij; cōmicijs fierent; quæ cum patribus displiceret; eo quod eis omnem potestatem auferret creandi per clientium suffragia tribunos quos vellent; ad impedendam legem, Ap. Claudium Appij filium plæbi infestum et Quintium consules fecerunt; quod non profuit; nam post longas altercationes a Lectorio Voleronis collega perlata est; tuncq; primū tribunitijs cōmicijs nūero etiā addito creati sunt tribuni, Gn. Siccius, L. Numitorius, M. Duellius; Sp. Illicius, L. Mecilius, Legem etiam absentibus, L. Iulius Iulianus & T. Veturio Gemino cōsulibus, C. Tarentillus Arsa plæbis tribunus promulgare voluit; vt quicq; vtri legibus de imperio consulari scribendis crearetur; vt iure a populo dato consules vterentur; non autem libidinem ac licentiā suam pro lege haberent; & de hac lege Tarentilla diu interpretatam & patricios disceptatū est; tandem SP. Tarpeio & A. Aternio cōsulibus abiecta fuit; p hęc fere tempora cautum est; vt decem Tribuni plæbis deinceps crearetur; & de Auentino publicando lex fuit etiam lata, Deinde quia inter patres & tribunos pro legibus ferendis magna sæpe contentio erat, Tribuni sinem certaminum facere possunt

## LIBER SECVNDVS

citi sunt: si legumlatores & ex Plæbe & ex patribus crearentur  
 qui leges cōmunes vtriusque vtilis ferret: quibus patres in legi-  
 bus ferendis: non in latore assenserunt: quoniam daturum  
 legem neminem nisi ex patribus aiebāt. vnde ne quis esset  
 inuidie locus leges extraneas habere placuit. Quare in gre-  
 ciam SP. Posthumius albus: & P. Sulpitius camerinus: &  
 A. Manlius publica auctoritate profecti sunt: & optimas quas  
 que græciæ leges & instituta: mores iuraque anto tertio quā  
 recesserant/ aduexerunt. E Solonis enim sanctionibus/ qui-  
 bus Athenienses utebantur: hæc insigniora legum capita/  
 eos attulisse credimus. Ne sepulchra in vrbe forent: ne plo-  
 ratus & lamētationes in alieno funere fierent. Ne bos im-  
 molaretur: vt tribus dūtaxat vestibus quis vteretur: minuen-  
 di sumptus gratia hæc fuisse introducta existimo. Ne ad alie-  
 na monumenta/ nisi quo tempore funus efferretur/ quispiā  
 accederet. Ne quis sepulchra deleret: neue alienum inferret:  
 poenæque esset: si quis bustum/ aut monumētum/ aut colo-  
 nā violaret/ deiceret/ frāgeret. Ne in vrbe defunctos maledi-  
 cta cōiicerentur. Has quoque solonis leges tres prædicti Ro-  
 manorum legati attulerunt: vt si quis in sacris locis/ vel in  
 iudicio/ vel apud magistratus/ aut cum certaminum instas-  
 ret spectaculum/ in ciuem maledictis esset inuectus: illi tris  
 dragmas/ ærario duas soluere cogeretur: vt si quis aliquid  
 in agro plantaret: quinque pedibus: si ficum vel oleam no-  
 uem a vicino abesset: vt scrobes & fossas effodere liceret: mo-  
 do tantum ab alieno abesset: quātum fosse fastigium foret.  
 Vt quicūque apum aluearia conderet: trecētis passibus ab  
 alterius ante conditis abiret. Vt mulier dote careret. tris dū-  
 taxat vestes & vasa quædam paruo empta domo paterna ef-  
 ferret: quia societatem cōiugij nō precio sed liberorum cha-  
 ritate iūgi oportere Solon existimauit. Sequētia quoque ca-  
 pita Posthumus / Sulpitius / & Manlius e Solonis legibus  
 delegerūt. vt si quis liberos non haberet: p. voluntate heredē

constitueret; nisi morbo ingrauescente/ aut medicamentis/ coniugisve suasionibus/ ac blanditijs heredem constituere adduceretur; aut vinculis & cruciatu dicere heredem cogere retur; vt necessaria vitæ subsidia filius patri ab quo nulla arte esset ad vsum vitæ institutus; nō deberet. Et vt e meretricibus nati parētes alere nō tenerētur. Sed legitime nati qui parentes nō educarēt, ignobiles & obscuri essent. Vt Mœchū in adulterio deprehensum necare liceret, vt qui ingenuæ virgini vim attulisset; decem dragmīs multaretur; quā si suasionē in suam traxisset sententiā; viginti dragmarū poenā lueret; nisi, palam quæstū corporis faceret. Ne filia sororve nisi in stupro deprehēderetur; vendi posset. De offensione quadrupedum hanc Solonis legem aduexerūt. Vt canis qui aliquid morsu læsisset; capistro quattuor pedum alligatus dederetur; & de furto hanc a Solone legem præscripti vtri habuerunt; vt fures poena dupli multarētur. Has quoq; cōstitutiones a Solonis legibus decerpserunt; ne parricidij affectataque Tirānidis damnati magistratum caperent. Et si ob discordiam diffensionemque, seditio atq; discessio populi; in duas ptes fieret; & ob eā causam irritatis animis vtrinq; arma caperētur; pugnareturq; vt is qui in eo tempore in eoque casu ciuili discordiæ non alterutri parti sese adiungeret; sed solitarius separatuscq; a communi malo ciuitatis secederet; domo/patria/fortuniscq; omnibus careret; exul extorrisq; esset, & hanc legem Gelius ideo græcos recepisse dicit vt boni homines seditionē timētes diuersas partes secuti; ciues recōciliarēt. Prædictas autem Solonis leges aduectas paucis additis aut detractis. Ita Romani in suas tabulas p decem viros retulerunt; vt e Cicerone de legibus/ & iurecōsultis/ Gelioq; & alijs colligit. **IN VRBE NE SEPELITO: NEVE VRITO: NE FACTOROGVM: ASCIA NE POLITO.** Hanc legē Petronius & flora eius vxor trāsgressi sunt nā monumētū viuī sibi ponēdi. Valentia curauerūt; & sub

## LIBER SECVNDVS

ascia dedicauerūt: quod adhuc in æde diui foelicis extat. Romanus quoq; apud allobroges/iuxta Lugdunū Eustico filio monumētū sub ascia dedicauit: vñ ascie forma semp marmoris ea polito insculpta ē maxie vbi inscriptio hui' instrumētū meminit. Alij etiā cōplures monumēta cōtra hāc legē ascia poliuere: vt i mltis romanorū sepulchris regiōes pagrās videre poterit: & hāc cōstitutōnē sūptus minuēdi grā Cicero iuētā fuisse dicit hic sumēdā cōiecturā existimo minimū quēq; rōanorū cupiditate gl'ie sibi monumēta facere: & ascia polire voluisse: vt hac lege sumptus hmoi' minuere necessariū fuerit. Sed Galli tāti sunt huius gl'ie spretores: quod ne bellicosi quidē p'icipes apud eos sepulchra facere/vel ppolire curauerint: vel adhuc curēt: vñ cōtraria lege potius monumēta facere & ascia polire astrigi debuerūt. Ast viliissimus quisq; grecarius romanorū miles Galīā/ & Italiā/ aliāsq; p'vincias suis inscriptionibus & sepulchris repleuit & fœdauit: vt ille bonus Petronius: qui suo testū: non ioveteranus erat: & honesta missione missus & Romanus ille qui Euticho filio duodeuiginti annos dumtaxat agenti tanta cura monumentum fecit. Tanta fuit huius gentis gloriæ cupiditas: hac ratione quales his sepulchris cōditi/aut marmoribus inscripti fuerit sēpenūero ignoramus: quia historici & scriptores eos cōmemorare ob vilitatē neglexerūt. Duæ primæ leges sequētes timore incēdij & ad tuitionē sepulchrorū factæ sūt.

ROGVM  
 BVSTVMVE NOVVM INVITO DOMINO NE PRO  
 PIVS AEDES ALIENAS SEXAGINTA PEDES AD  
 DVCITO. VESTIBVLVM SEPVLCHRI/ BVSTVMVE  
 NE VSVCAPITO. PLORATVS ET LAMENTATIO  
 NES IN FVNERE SVBLATAE SVNTO. Cicero refert hāc legē in decimā tabulā a decē viris fuisse coniectam: DE  
 FVNCTI INIVRIA NON AFFICIVNTOR. SI INIVRI  
 AM ALTERI FAXIT. XXV. ASSES AERIS POENAE  
 SVNTO. Hāc legē labeo iuriscōsultus i libris q̄s ad. xij. tab.  
 conscripsit: nō probauit. qm̄ ab iniuria faciēda nemo etiā

inops quinque & viginti assibus deterreretur. Lucijque ne-  
 ratij facti huius legis iniquitatem ostendit: qui os hominis  
 liberi manus suae palma perberare, p delectamento habebat.  
 deinde seruo suo sequenti crumenam plenam assium portanti iube-  
 bat, ut iniuria affecto quinque & viginti asses statim secundum, xij.  
 tab. numeraret; vñ postea secundum eundem Labeonem praetores hanc  
 legem abolerere / et relinquere censuerunt: iniurijsq; aestimandis  
 recuperatores sedaturos edixerunt. Hanc legem tamen Caecilius iure  
 consultus / cum a Phauorino iniqua diceretur: apud Geliū tueri  
 nixus est: Alias leges prosequamur. RE: PERSONA:  
 TEMPORE: LOCO: ATROCIORES INIURIAE IV-  
 DICANTOR, SI Q VI SAEPEREM: VEL MACERIAM  
 IUXTA ALTERIVS REGIONEM EFFODERINT:  
 TERMINVM NE EXCEDVNTO: SI AVTEM MV-  
 RVM PEDEM VNVM: SI DOMVM: DVOS PE-  
 DES RELINQ VVNTO: SI VERO SEPVLCHRVM  
 AVT FOVEAM EFFODERINT: Q VANTVM SIT  
 PROFVNDVM TANTVMDEM DERELINQ VVN-  
 TO: SI PVTEVM: PASSIM: OLIVAM AVTEM: AVT  
 FICVM NOVEM PEDES AB EXTRANEAREGIO-  
 NE PLANTANTO, IN CAETERIS AVTEM ARBO-  
 RIBVS Q VINQ VE PEDES SERVANTO. Forte olim  
 uam & ficum haec lex ab alijs arboribus distinxit: quia huius-  
 iusmodi arborum radices longius proserpunt: damnunq;  
 ob id finitimis afferunt: an hoc tamen sit verum: agricolis  
 consule. Hanc legem Caius iureconsultus sicut relata est:  
 in finibus regundis citauit, & quod in finibus, xij. tabulae  
 usucapionem inter quinque pedes esse voluerint: Cicero  
 eleganter in legibus dixit. Sed postea ex constitutione Va-  
 lerianiani Theodosij & Archadij impatorum praescriptio quicq;  
 pedum sublata est: ut finalis iurgij vel locorum libera pageretur  
 intentio. Aliam Solonis legem de institutione heredum decem viri, i duo  
 decim tab. sine exceptione aliqua hoc modo descriperunt. VTI  
 Q VISQ VE LEGASSET: SVAE REI IITAIVS ESTO.



## LIBER SECVNDVS

postea tamē alij legū latores iurecōsulti scilicet & imperato  
 res eis qui aliquē testari quoquo modo cogūt: aut prohibent  
 poenā iposuerūt, deinde sic aliæ leges trāslatæ sunt: **FILIVS**  
**ART E CARENS PATRIS INCVRIA EIDEM NECES**  
**SARIA VITAE SVBSIDIA NE PRAESTATO ALIO**  
**Q VIN PARENTES EDVCARE COGITOR, E ME**  
**RETRICE NATVS PATREM NON ALITO, MOE**  
**CHVM IN ADVLTERIO DEPREHENSVM NECA**  
**TO.** De muliere hac lege nō expressim cauetur, at Romuli  
 cōstitutione mulier in adulterio deprehēsa repudiari pote  
 rat, Cæsar vero Pompeiā vxorē nō ī adulterio deprehēsam/  
 sed adulteriū suspitione non carētē repudiavit: nā cū magna  
 suspitio eēt Clodiū pōpeiæ cōsuetudinē habuisse; ex eo quod  
 dū noctu sacra Bone deæ fierēt; vestæ muliebri lulij pōtificis  
 ædes; vbi tunc forte celebrabātur; intrasset; & ibi interroga  
 tus quid nā quereret; & vnde esset; se præstolari Pōpeiæ ancil  
 lam dixisset; ab Cæsare Pōpeiā ex hac adulteriū suspitiōe res  
 pudiatā est; & cū postea in Clodium ob eādē causam de pol  
 lutis cerimonijs accusatum Cæsar testis citatus se quicquā  
 comperisse negasset; ab accusatore interrogatus cur igitur  
 vxorē repudasset; qm̄ meos inquit nō delicto solū; sed & des  
 liciti suspitione oportere carere censeo. Si mariti hac Cæsa  
 ris rōne mulieres nostri tēporis repudiare possēt; proh iup  
 piter quotquot diuortia fierēt; ppaucae sūt em̄ mulieres quæ  
 hodie supitione careāt; nescio si mutua foeminarū inuidiā/  
 aut hominū Iniquitate; qui omnia ī deteriore potius quam  
 in meliore partē interpretatur, ista suspitio proueniat, sed &  
 culpa ipsæ mulieres nō omnino carēt; quod procos cupidi  
 tate nubēdi libēter admittant; quod comptos iuuenes attē  
 te audfāt, & quod notis ignotisque aequē familiariter vtantur.  
 Quin immo a multis adamari variū hoc animal sibi in glo  
 riam & bonorē sapius ascribit, lege posthac Iulia patri filiā  
 in adulterio deprehēsam cū adultero occidere cōcessum est.

dummodo filiã in potestate habeat; & ambos in ipsa turpitudine; aut in ipsis rebus veneris secundum Labeonis & Põsonij opinionem deprehenderit: quod Solon & Draco testæ Vipsano voluerūt marito quoque adulterum vxoris suæ lesionem; aut artem ludicã faciẽtem; libertum seruũ ve suũ; iudicio quoque publico dãnatur/ domi suæ deprehẽsum lege Iulia occidere permissum est; vt Martianus de adulterijs scribit; quod & Alexãder impator sanxit. vxorem ꝑo domi in adulterio deprehensã maritus sine mora dimittere debet; hæc omnia tamẽ iure põtificio facere nõ licet. Dubitatiões autẽ quæ circa legẽ Iuliam/ & cõsequẽter circa hæc. xij. tabularum legẽ occurrere possent; iurecõsulti/ in titulo ad legem Iuliam de adulterijs/ decidunt; & terminãt. Sed aliarũ legũ translationẽ referamus. VIMINGENVAE VIRGINI INFERRERE: AVT EAM SVASIONE IN TVAM SENSENTIAM TRAHERE CAVETO. SOROREM AVT FILIAM IN SVPRO DEPREHENSAM VENDITO. Posteriori iure ciuili qui virginem rapit; vltimo punitur supplito; & qui eam sine vi stuprat; lege Iulia de adulterijs cõdãnatur. sed iure põtificio stuprãs virginẽ dote cõstituta/ eam in vxorẽ ducit; & si eã ducere nolit; dotẽ cõstituit; & castigatur: at patre nolte filiã dare stuprãs dotem soluendo liberatur. Legem autẽ Solonis de offensione quadrupedum. decẽ viri in hũc modũ ampliarũt. SI Q VADRV PES PAVPERIEM FECERIT ANIMAL Q VOD COMMISIT NOXIAM DATO AVT NOXIAE ESTIMATIONEM OFFERTO. Sed ab eiusdẽ lege in fures lata recesserũt quoniã vt Celsus li. xi. refert. ita de hac re in. xij. tab. scripserũt. FVREM Q VIMANIFESTO FVRTO PREHENSVS ERIT: SI FVRTVM AVT NOCTV FACIAT: AVT INTERDIV COMPREHENDERETVR: SE TELO DEFENDAT: OCCIDITO. E CAETERIS MANIFESTIS FVRIBVS LIBEROS VERBERATO: ET EI CVI FACTVM LYCI FVR

## LIBER SECVNDVS

TVM ERIT: SI SE TELO NON DEFENDANT ADI  
 DICITO, SERVOS AVTEM IN MANIFESTO FVRTO  
 PREHENSOS VERBERIBVS AFFICITO: ET E SA  
 XO PRAECIPITATO: PVEROS IMPVERES PRAE  
 TORIS ARBITRATV VERBERATO: NOXAMQ VE  
 AB HIS FACTAM; SARCIRI FACITO: FVRTAQ VE  
 PER LANCEM LICIVMQ VE CONCEPTA ERVNT  
 SICVT MANIFESTA VENDICATO'. Caius in lege aqu  
 lia dicit: Ita demum hãc, xij. tab. legem furem noctu aut in  
 terdiu deprehensum occidere pmisissile: si id ipsum cum cla  
 more significaret: & si interdū se fur telo cū prehēderet: des  
 fenderet: Teli autē appellatiōe: vt ipse Caius alibi interpreta  
 tur: & fustis / & ferrū / & lapis / & deniq; omne quod nocendi  
 causa manu mittitur: in hac lege significat: licet vulgo quod  
 ab arcu in longinquū mittitur: telū appellet. in hac lege des  
 cem viri sententiã Draconis in aliquo secuti vidētur: qui pri  
 mus omnīū leges Atheniēsis dedit. & inter alia furem cu  
 iuscunq; furti supplicio capitis esse puniēdum censuit: atq;  
 sanxit. postea ab illa lege decemvtrali: vt Gellius ait: discessū  
 est: & pro parte ad solonis legē peruētū: nã si quis sup manis  
 festo furto iure & ordine experiri velit: actio in quadruplum  
 datur: p furto autē cōcepto / & oblato: pœna tripli cōstituta est  
 alijs deinde furtis oībus quæ nec manifesta appellatur: pœ  
 nã dupli sicut solon legūlatores imposuerūt: rursus actiōes  
 cōcepti & oblati furti in dissuetudinē secūdū iustintanū abie  
 rūt. Vtrū autē lex Solonis de seditione ciuū in, xij. tabulas res  
 lata fuerit: nō satis cōstat: sicut neq; de alijs cōpluribus Solo  
 nis legibus: nisi ex cōiectura, qua; magis q̄ authore aliquo  
 fretus multas Atheniēsiū leges in, xij. tabulas fuisse trãssa  
 ras / & descriptas pauloãte affirmavi. Nã cū teste Liviō pp̄s  
 Roman; legatis Athenas missis Solonis leges describere &  
 alias; graciæ ciuitatū instituta / mores / iuraq; noscere iusserit  
 sitq; hac lex vt pote ciuū seditionē coercēs / vna e digniori;

bus quas Athenienses habuerint; necnon illæ quas supra re-  
tuli. Verisimile est decem viros eas in. xij. tabulas retulisse.  
Et phauorinus apud Geliū oportere modū huius de seditione  
legis seruare inter fratres aut amicos dissidentes cēsebat;  
vt qui in medio sunt vtriusq; partis beniuoli/ si in cōcordia  
admittēda parū authoritatis quasi ambigui amiei habuerit  
in diuersas partes discedāt; ac p hūc modū viā sibi ad vtrius-  
que cōcordiam muniant; inuehit e diuerso Phauorinus idē  
in eos; qui duos litigātes amicos destituūt; eosque dedūt ad  
uocatis maliuolis aut auaris; qui lites animasque eorū lucri  
aut odij studio inflāmāt. Si quis autē inquirat sententiā & vtili-  
tatem legis quā Solon de seditiōe tulit; Geliū legat; & quam  
vtilis reipublicæ fuerit; cognoscat. Præter hæc Laertius dio-  
genes Solonē cōstituisse scribit; Ne tutor cū pupillorū ma-  
tre inhabitaret. Neq; is ad quem post pupillorū obitum sub-  
stitūtia spectaret; tutor fieret. Quas leges Romani ita in suis  
tab. collocarūt; & intellexerūt. TUTOR CVM PVPILLO  
RVM IN MATRE NE HABITATO. AGNATI AVT  
SVBSTITVTIQ; VI SVCCESIONEM SPERANT; TV-  
TORES SVNT; & DARI TVTORES POSSINT; SED  
SI ALIQVA SIT INSIDIARVM SVSPITIO; APVD  
ALIOS PVPILLVS EDVCATOR. legitimæ tutelæ sicuti  
Ulpian' ait agnatis qui ad legitimā hereditatem admitti pnt  
summa prudētia lege. xij. tab. delate sunt; vt qui successio-  
nem sperarent; bona tuerētur; vñ & filio pater substitutū ei-  
dem tutorē dare pōt; vt e verbis Pauli iurecōsulti sub titulo  
de excusationibus tutorū interpretes iuris ciuils colligūt;  
si tamē aliqua sit suspitio; ne successuri pupillo insidiētur præ-  
tor ex cōditione; persona; & tempore; etiā cōtra volūtatem  
patris constituet; vbi pupillus alatur; vel moretur; vt ius  
reconfulti & imperatores diligenter explicant. hæ sunt  
leges quas ab Atheniensibus Romani habuere. A Lace-  
demonijs autem tres legati Posthumus Camerinus et

## LIBER SECVNDVS

Mālius nō ius scriptū vt ab Atheniēsisibus; sed mores & cōsue-  
 tudines habuerunt; vñ nō immerito in duas species ius scri-  
 ptum et nō scriptū ius ciuile Romanorū distributū est; vt ius  
 stinianus affirmat; nam eius origo ab Atheniēsisibus; & La-  
 cedemonijs fluxit; & Atheniēses leges scriptas magis custo-  
 diebāt; Lacedemones autē vsq; adeo ius scriptū spreuerūt; vt  
 Licurgus eorū legīlator sanctione cōstituerit; (si Plutarcho  
 credimus) ne scriptis vterentur legibus Et inter alios mo-  
 res quos apud Lacedemonios legati delegerunt; sumptuas  
 ritas leges. vt marcellinus scribit; e Rethijs id est aribus licur-  
 gi Romam transfulerunt; quibus Romani diu vsi sunt. Et  
 si quis piam cognoscere desideret; quas leges circa sumptus  
 & alta lacedemonij habuerint; has apud xenophōtē Plutar-  
 chūque in licurgo; & alios inueniet; vt domorū culmina se-  
 curi; & ianuaē ferra dūtaxat/nō alio instrumēto fabrefacta  
 essent; Vt adulta aetate vxor ducere; vt oēs posteriore luxur-  
 ria abstinere; vt p exercitio & disciplina rei bellicae furari lice-  
 ret. ne ijdē hostes sapius bello peterētur. ne frequenter relus-  
 ctando bellicosi fierent. & vt ciues publice simul discumbe-  
 rent diuites pmissue & inopes vni ahiberētur cōiuiuo; ijdē  
 q; tēperatis tñ vescerētur epulis. Hinc originē sumpsisse opi-  
 nor; quod romāi i ppatulo praderēt; & coenarēt; vt sic oculis  
 ciuium testibus factis luxuriae modus fieret; sicut statū post  
 macrobiū dicemus; habuerūt quoq; Lacedemonij i eoꝝ mo-  
 ribus; vt cadauera i vrbe sepeliri; & sec⁹ tēpla monumēta fie-  
 ri possent. Sed romani tñ ab vsu harū duarū cōstitutionū ab-  
 fuerūt; vt cōtrariū lege & decreto pontificū cōstituerūt; nā vt  
 marcus Cicerō dicit e cadauera lex romanorū in vrbe sepe-  
 liri vetuit; hāc legē pauloāter tullī; & pōtīfices nō posse se-  
 pulchrū i loco sacro publico fieri decreuerūt; vñ cū extra por-  
 tū collinā ades & ara honoris dedicāda eēt mīta sepulchra q;  
 i eo loco erāt; extracta fuerūt. Hinc ē quod Syllae monumētū  
 ita cāpo martio augusti māsoleū iter flamīneā viā & tyberis

ripam, Domitiorūq; sepulchrū in collo hortorum fuisse legimus: quod Domitiani cadauer in suburbano Philidis latina via, & cadauer Caligulae in hortis Lamianis sepulta fuisse traduntur. Quod si aliquos: vt de Tuberone/ Publicola/ C. Fabricio/ & alijs quibusdam legimus: in vrbe sepultos fuisse reperiemus: illis ante hanc legem: vel post: sed virtutis causa: vt Cicero dicit: concessum est: pariter si in aedibus sacris lapides monumentorum antiquorum: etiam inscriptos videamus: a posteris in earum ornatum/ & aedificationem/ extructionēque aliunde asportati sunt: non q̄ ibi aliqui sepulti fuerit. Traianus tamen solus omnium imperatorum intra urbem: vt Eutropius scribit: sepultus est: ossaque eius in urnam auream collocata: in foro quod aedificauit: sub columna posita fuerunt. At Christiani in vrbe: & extra urbem: secus aut intra aedes sacras: semper monumenta faciūt: vt posteriori iure pontificio cauetur: habētq; p̄ nefando si quis in profano loco humet: vnde interdū in ignominia & poenā aliqui ppter suum delictum ab eis in loco pphano sepeliuntur. Inter spartanorum quoq; leges hāc fuisse comperimus: vt si eorum dux quod cupiebat & volebat: dolo aut psuasione cōficeret bouem maclaret. Si vero rem bello gereret: gallū ex instituto imolaret. Hoc autem ideo spartanos introduxisse Plutarchus in Marcello refert: quia licet bellicosi essent: ampliora tamē magisq; esse homine digna iudicabāt: quae ratione ac prudentia/ quā quae vi aut fortitudine confecta essent. At diuersum morem Romani habuerunt: eorum enim dux qui praelio & caede hostem superabat: ingētem triūphū agebat: & bouē maclabat: Sed qui leui aut nulla pugna: verū comitate & beniuolentia orando rem bene gerebāt: orabant dūtaxat: & ouem immolabant. Sanxit etiam apud Lacedemonios Licurgus: quod Quirites auxerūt: vt vndecim diebus luctus finiretur. Et vt neq; viri/ neque foemine nomē sepulchro inscribere liceret: nisi praclare in bello perissent:

## LIBER SECVNDVS:

**Q**uod romani nō seruarūt; nā etiā sepulchra eorū īscripta vi  
 demus; qui ne in bello quidē fuerūt. Alijs præterea moribus  
 res publica Lacedemonū cōstituta fuit; vt e Plutarcho & Xe  
 nophōte itelligi pōt; quorū optimos in urbē cōmemorati Ro  
 manorū legati attulerūt. Lōgeuo deide vsū tacitoq; cōsensu/  
 cōplures alios mores qui leges imitarent; tollerēt; aut inters  
 pratarent; ipsi Romani itroduxerūt. Sed quod vltra leges a  
 Græcis habitas Romani suis tabulis alias addiderit. cōiectu  
 rā ex eo sumimus quod Dionisius. Alicarnaseus scribit; vnā  
 Romuli legē/qua patri filiū vendere pmiserat; a decē viris cū  
 alijs legibus fuisse in. xij. tabulis cōscriptā; me etiam mouet;  
 quod cū græcorū leges. x. tabulis opera decem virorū exhi  
 bite non sufficerent; totidem viri duas tabulas prioribus  
 adiecerunt. vt cūq; fuerit; siue a græcis Romani oēs habue  
 rint; siue aliquas inuenerint; sequentes leges de religione; &  
 magistratibus; deque priuato iure; vltra predictas in. xij. ta  
 bulis fuisse secūdem Ciceronem/ & Plinū iureconsultos/  
 et Gellium comperio. **AD DIVOS CASTE ADEVNTO.**  
**PIETATEM. ADHIBENTO OPES AMOVENTO. Q VI**  
**SECVS FAXIT DEVS IPSE; VINDEXERIT.** Caste ius  
 bet lex adire deos/ corpe videlicet; vt iquit Cicero; & animo  
 multo fortius; nā corpis macula vel aspersioe aquæ vel dierū  
 nūero tollit. Animi labe nec diuturnitate euanescere; nec  
 vllis manibus elui pōt. nostri sacerdotes tm̄ ab obseruatōe  
 huius legis absunt; vt cōplures ioci loco habeāt; post habitā  
 cū muliere cōsuetudinē deo sacrificare; sed deus ipse vidiçtæ  
 tarditatē supplicij grauitate cōpēsabit; sic ne cū dñs immor  
 talibus iocatur; nōne legerūt Dionisij filiū regno pdito lud  
 fuisse, magistrū. & i triuio docuisse litteras pprerea quod pa  
 ter sacrilegus fuerat; & sacrilegia sua iocosis dictis. psequi vo  
 lupratis loco duxerat. nōne etiam Tibullum legerē; qui hoc  
 eleganti carmine seruare legē prædictam iubet. Vos quoq;  
 abesse. pcul iubeo; discedite ab aris. **Q**uis tulit externa gau

dia nocte venus. Casta placēt sup̄is: pura cū v̄st̄a venite. Et  
 manibus puris sumite fōtis aquā. Apud āt̄iquos istud quoq; ob  
 obseruatū iuenimus: vt dñs sup̄is sacra facturus corp̄is ablu  
 tione purgaret̄. Dñs x̄o inferis litaturo sola aqua asp̄io suf  
 ficeret: vñ Aeneas apud virgiliū de sacris superiorū ait. Tu ge  
 nitor cape sacra manu patrioſq; penates: Me bello e tāto dif  
 gressum/ & cæde recēti Attrectare nefas: donec me flumine  
 viuo Abluero. At Dido sacra dñs inferis istituēs dixit: Annā  
 chara mihi nutrix huc siste sororē. Dic corpus p̄peret fluuia  
 li spargere lympha Et cū miscuū Aeneas sepulture mādaret.  
 Ter socios pura circūtulit vnda. Spargēs rore leni. & hāc dif  
 ferētīā Macrobius luculenter i Marone dephēdit. Hāc lex in  
 super pietatē deo esse gratā: & sumptū esse remouēdū signifi  
 cat ex cognitione deorū: & quod res humanas curēt: pietas  
 oritur: cui iusticia reliquæq; virtutes ex quibus vita beata exi  
 stit cōiūcte sunt: vt Balbus apud Ciceronē de natura deorū  
 differit. quapropter se dubitare Cicerō ait: an pietate aduer  
 sus deos sublata fides: humaniq; generis societas: atq; iustit  
 cia virtus excellentissima tollāt̄ nā. cū pietate tolli religio  
 nem & sanctitatē cōstat. sed licet sumptum hāc lex remo  
 ueat. Diuos tamē magnis muneribus Romani donabāt: &  
 maxime Romuli instituto victores: is em̄ exercitū Ceninēsiū  
 fuso: obrūcatq; i praelio rege. Iouis feretrio tēplū i capitolio  
 & opima spolia ducis hostiū dedicauit: & id tēplū sedē eē opi  
 mis spoliū dixit: q̄ regibus ducibusq; hostiū cæsis se authorē  
 sequētes posterī ferrēt. Itaq; duo post Romulū opima spolia  
 in hāc Iouis aedē detulerunt. Corneli⁹ scilicet Cossius: cū Tolu  
 maū Tirrhēnū obrūcasset. & C. Marcell⁹: qui viridomar⁹ Gal  
 los regē sup̄auit. Sed & teste festo decia quæq; veteres dñs suis  
 offerebāt: quod pōtificio iure immortalī deo hodie fieri debet:  
 Sed qualit̄ hoc ius pōtificiū xp̄iani seruēt: ipsi viderit. Vltimo  
 loco lex nō iudicē sed deū vidicē cōstituēdo religōnē cōfirma  
 re metu p̄ntis poene v̄: sed referamus alias religionis leges.



## LIBER SECVNDVS

SEPARATIM NEMO HABESSIT DEOS: NEVE NO-  
 VOS SIVE ADVENAS (NISI PVBLICAE ADSCI-  
 TOS) PRIVATIM COLVNTO. CONSTRVCTA APA-  
 TRIBVS DELVBRA HABETO. LVCOS IN AGRIS  
 HABENTO. FT LAIVM SEDES RITVS FAMILIAE:  
 PATRIEQ VE SERVANTO. Hac lege Christiani mouēt  
 ne diuos aliquot colant; nisi prius authoritate Romani pō-  
 tificis approbati publice et recepti fuerint; quod & constitū-  
 tionibus Alexandri & innocentij pontificum hodie caue-  
 tur; vt in iure pontificio scriptum est. ecce quanta Romano-  
 rum fuerit religio: vt etiam a nostra non abhorreret. Et pro-  
 pterea ciceronis testimonio deorum quorūlibet cultum ro-  
 mani prohibuerunt; ne confusionem haberet religionum;  
 et ceremoniarum ignorantiam sacerdotibus afferret. Pro-  
 pter hanc legem Augustus Aegyptum peragrans vt apin-  
 viferet; paulo deflectere noluit; & Caium nepotem quod iu-  
 daeam prateruehens apud hierosolimam non supplicasset;  
 collaudauit; sed sicut has peregrinas caerimonias; vt potē-  
 nouas aut non praeceptas contemptui habuit; ita veteres  
 aut praeceptas; vt sacra Atticae Cereris; & id genus alia reu-  
 rentissime coluit; vt author est Suetonius. Propter hanc le-  
 gem Christus inter deos Tiberij temporibus a romanis rece-  
 ptus non est; nam licet Tiberius intellecta per Pontium pi-  
 latum christi diuinitate / hoc ad Senatum cum praerogatis  
 ua sui suffragij detulisset; tamē quia a senatu ea res minime  
 probaretur; Christus neglectus est; cum vt Tertullianus re-  
 fert. Romae vetus decretum esset; ne quis deus ab imperato-  
 re consecrari possēt; nisi a senatu etiā probaretur. Et de hac  
 lege. xij. tab. vt quidam aiunt Tertullianus itelligere voluit;  
 nihilominus periculum & poenam Tiberius his qui temere  
 christianos accusarent; cōminatus est. Ast sub Nerone cum  
 alij christiani; tum Petrus & Paulus nostrae religionis capita  
 Suetonij/Eutropijque/ac platine testimonio supplicijs affli-

cti sunt. Sed & mox Hadrianus (ne processum fidei nostrae ignoremus) Christo templa cōdere inchoavit: sicuti Lampridius testis est: sed praefecti sacrorum suasionē ab incepto desistit: qui hoc medio omnes futuros aliquādo christianos et ideo cetera etiam templa deserenda praedicabat. Quare mutato animi proposito acerrime tandem Hadrianus christianorum veritatem insectatus est. Alexander autem christi numē inter maximos & selectos deos recepit. Philippus deinde christiani nominis cultum suscepit. Sic apud Romanos nostra fuit agitata religio. Delubra & deorum lucos cōtra magorum sententiā lex esse iubet: his enim authoribus Xerxes inflāmasse tēpla grāciae dicitur: quod deos quibus omnia esse patētia ac libera deberent: quorūque omnis hic mundus templum esset & domus parietibus includerēt. Iam Romanorum iure delubra esse in vrbibus: & lucos in fundi villaque cōspectu Tullius censet: ut rebus diuinis ubiq; homines operā darent: atq; dei praesentia & aspectu castiores essent: & deorum speciem in oculis non solum in mentibus haberēt. Romani tamē quibusdam dijs vulcano praesertim et Aesculapio extra urbem templa fecerunt: ne pestis vel incendia urbem ingrederētur: eamq; male afficerent: & Romulus: sicut apud aliquos legitur: Vulcani tēplum primo extra urbem constituit. Christiani hunc Romanorum morem secuti complura dei & coelestium hominum tēpla in agris & vrbibus habent: in eorumq; pontificio iure titulus de aedificandis & reparandis aedibus sacris reperitur. Lucos insup dijs olim ut haec lex constituit: fuisse sacros. Virgilius cū in alijs libris: tum sic in octavo aenei, ostendit. Est ingēs gelidum lucus ppe Ceretis amnem: Religione patrum late sacer vndiq; colles Includere cani: & nigra nemus abiete cingunt. Silvano fama est: veteres sacrasse pelagos: Aruorum pecorisque deo: lucumque dte mque: Qui primi fines aliquando habuere latinos. Et in his lucis sacris propter reli-

## LIBER SECVNDVS

gionem cædere arbores fas non erat; immo vt Seruius ait: cædentes sacrilegium committebāt; pœnasque luebant. Et ideo cum lucum Aesculapij templo consecratum Turullus Antonij præfectus ad naues ei faciendas magna ex parte succidisset; deuicto Antonio; in eo luco quæ violauerat; Turullius voluntate dei a Cæsarianis militibus occisus est. Deo tamen concedente in luco arbores cædere licebat; nec sacrilegium committebatur; vnde; Dardanio Aeneæ suo e luco arbores pro faciendis nauibus Cybele deorum mater teste Virgilio; dedit. nauesq; ipsas sacris suis pinibus factas Iouē precata ab incendio industria Turni; postea illato seruauit. Et quia nullæ in lucis cædebantur arbores; & ita earum densitate lucus opacus & sine luce erat; a luceo per antiphrasim eo quod non luceret; Seruius & Priscianns lucum fuisse appellatum crediderunt. Alij non per cōtrarium; sed ob crebra sacrificiorum lumina; quæ ibi noctu stebant; a luceo lucum deduxerunt; nam & lucaria etiam festa in luco qui per magnus intra mare & Salariam; & Tiberim fuit; Romanis secundum festum colebant; eo quod victi a Gallis e prælio fugientes se in ipso occultauerunt. Et quoniam antiquitas proxime accedit ad deos; Ritus familiæ patrumque quasi a dijs traditam religionem lex seruari mandat; vt Cicero tradit; vñ nō inelegāter cuidam adolescenti Phauortinus philosophus dixit; vt moribus præteritis viueret; verbis autem præsentibus loqueretur. Deos quoque peculiare & domesticos; vt lares eorumq; sedes. Hæc lex constituit; erant enim lares gemini ex lara nympha; & Mercurio nati; & multorū opinione lares genij; erant omnibus dati; vt vitæ funerisque duces essent; ecce quantum Romani in religione christianos attigerunt; qui hominis; custodiam malo angelo & bono deum tradidisse ferunt. Horum autem larium sedes & locus laratum dicebatur; & in hoc laratio alexāder seuerus

matutinis horis rem diuinam ad effigies deorum fecisse dicitur: vt apud Lampridium legimus: & inter deos primi lararij Habraamum & Christum: in secundo vero larario simulacrum Virgilij & Ciceronis habuit: Et qui in re pecuniaria per lares & genium, principis iurabat: & periurabat: ex imperatoris Seueri & Antonini cōstitutione fustibus castigatus dimittebatur: sicuti Vlpianus de iureiurādo refert. Alterius legis hæc verba erant.

DIVOS ET EOS QUI COELESSES SEMPER HABITI COLVNTO: ILLOSQUE VOS IN COELVM MERITA VOCAVERVNT: HERCVLEM: LIBERVM AESCVLAPIVM: CASTOREM: POLLVCEM: QUI VIRI NVMETILLA PROPTER QUAE DATVR HOMINI ASCENSVS IN COELVM, MENTEM: VIRTVTEM: PIETATEM: EIDEM: EARVMQUE LAVDVM DE LVBRA SVNTO, NEC VLLA VICIORVM SACRA SOLENNIA OBEVNTO. Tria rerū genera coli hæc lex mandauit: deos primo qui semper coelestes habitati sunt: vt Iouem: Martem: & reliquos antiquorum deos: quos enumerare esset difficile. Sed cū omnis tū hos duodecim iunonē: Neptunum: Mineruā: Venerē: Apollinē: Mercurium: Iouē: Cererem: Vulcanum: Martem: Dianam: & vestam Romani coluerunt: & eis totidem aras in vrbe construxerunt: & singulis quidem mensibus singulos deos assignarunt: in quorum tutelam referrentur. Ianuarius enim in tutela Iunonis erat: et Februarius in tutela Neptunus: & sic de reliquis prout descripsimus: dicēdū est. Deinde ex hominum genere consecratos sicut Herculem et ceteros beneficijs excellentes viros lex colere iubet: mos etiam Romanis erat: consecrare imperatores: qui superstitijs filijs vel successoribus

## LIBER SECVNDVS

moriebantur: quique eo honore affecti erant: inter diuos/ &  
 in deorum numerum relati dicebantur: & vna cum cæteris  
 numinibus colebantur: & ideo valerius reliquos deos fuisse  
 acceptos/ sed Cæsares a Romanis datos affirmat: huius au-  
 tem consecrationis modum & formam præclare Herodias-  
 nus in Seuero tradit. Primus vero qui e Romanis consecra-  
 tus/ & in numerum deorum receptus fuerit: Romulus tra-  
 ditur conditor vrbis: nam æde ei in colle Quirinali consti-  
 tuta pro deo cultus est: & Quirinus est appellatus: is Romu-  
 lus mortuo fratre solus Imperio potitus/ e sacris peregrinis  
 ea quæ Herculis erant: suscepit: græcoq; ritu vt ab Euandro  
 instituta erant: sacra Herculi fecit. Cum enim Hercules pro-  
 pe Tiberim ob boues sibi raptas Cacus interfecisset: &  
 Euander profugus e Peloponneso ea forte loca tunc au-  
 thoritate magis quã Imperio regeret. Visa Herculis forma  
 angustiore humana/ nomineque/ patre/ ac patria acceptis:  
 e vaticinio matris deorum cœlestium Herculem aururum  
 esse aliquando numerum Euander dixit: aramque & sacra  
 ibidem Herculi constituit: quorum curam Potitiorum fami-  
 lia/ quæ tunc ea loca incolebat tradidit: hæc Herculis sacra  
 Romulus/ & post eum reliquit Romani ita susceperunt: vt  
 Herculem deorum more coli relata lege iusserit. Deinde cū  
 Posthumius dictator Latino bello ad Castori & Polluci vo-  
 uisset: a Romanis Aemilio cæso & Fabio cōsulibus dicata  
 est: hinc dii e Ieda ab Ioue suscepti: sic a Romanis coli cape-  
 runt: quia bonã operã aduersus Latinos superâtes nauarãt.  
 Liber insup Semele natus/ & Aesculapius Apollinis filius  
 ex hoim genere inter deos recepti sunt: & maxime Aescula-  
 pium ob medicinæ artis ampliationem ab eo factam. Ro-  
 populus coluit: eidem quoq; in insula Tiberis templum de-  
 dicauit: hinc legi congruit: quod Horatius in epi. ait. Romu-  
 lus & Liber pater: & cum Castore Pollux: Post ingentia facta  
 deorum in templa recepti. Cæsar quoq; non tantum ore de

cernentium; sed & vulgi persuasione/ cum per septem dies  
 ludis in eius honorem editis stella fulcisset; in numerū deo-  
 rum relatus est. Sed & Claudius Cæsar solenni principum  
 pompa funeratus; vt Tranquillus ait in numerum deorum  
 relatus est; Titus etiā; Nerua; Traianus; Antoninus Pius;  
 Marcus; Seuerus; Claudius; Aurelianus; Constantinus; Io-  
 uinianus; & complures alij Imperatores consecrati/ atque  
 inter deos relati/ diuſque appellati auctore Eutropio fue-  
 runt. Diocletiano autem idem Eutropius contigisse scribit;  
 quod nulli post natos homines euenit; vt cū priuatus obſi-  
 ſet. Inter diuos tamē referretur. Christiani simſlem huic res-  
 ligionem seruant; nam deum immortalem colunt; & virtu-  
 te præditos/ miraculisque fulgentes magna pompa & inqui-  
 ſitione primo in diuos referunt; deinde venerantur; post tē-  
 pla eis construunt; vt de diuis Ioanne; Petro; Catherina; Ni-  
 colao; Magdalena; & alijs videmus. Tertio loco virtutes p-  
 pter quas in cælum ascensus homini datur; lex colere; & eis  
 delubra facere iubet; & harum omnium quæ hac lege refe-  
 runtur; Rome dedicata publicæ templa fuerunt; vt Cicero  
 refert; e quibus Numa fidei templum condidit; & recte qui-  
 dem/ cum Ciceronis testimonio fides sit iusticiæ fundamē-  
 tum/ et dictorum conuentorumque constantia; & veritas.  
 Et Marcellus quintum consulatum gerens templa honori  
 & virtuti Clastidio prius/ deinde Syraculis potitus conse-  
 crauit; Spes quoq; Collatino et i capitolio mens ab Aemilio  
 Scauro cōsecrata; sūt, sed; are febris/ & malæ fortune; ac alia  
 vitiōrū tēpla; quæ aliqñ Romæ extabant; vt pote sacra vicio-  
 rum solennia repudianda fuerunt; Valerius Febrem. vt mi-  
 nus noceret i Romanos templis coluisse refert; quorum  
 vnum in palatio; alterum in area Marianorum Monumen-  
 torum; tertium in summa parte vici longi erat; in eaque  
 remedia/ quæ corporibus ægrorum annexa fuerant; defere-  
 hantur. & quia apud Ciceronem de natura deorū prolixior

## LIBER SECVNDVS

huiusce legis interpretatio deprehenditur: huic res breuitatis causa finē impono. Alia igitur lex de religioe talis erat: FERIS IVRGIA AMOVENDO; EASQ VE IN FAMILIARIBVS OPERIBVS PATRATIS HABENDO ITAQ VE VT ITA CADAT IN ANNVIS ANFRACTIBVS DESCRIPTVM ESTO. CERTASQ VE FRVGES/ CERTASQ VE BACCAS SACERDOTES PVBLICE LIBANTO; HOC CERTIS SACRIFICIIS AC DIEBVS; ITEMQ VE ALIOS ADDES; VBERTATEM LACTIS FOETVRAEQ VE SERVANTO. IDQ VE NE COMMITTI POSSIT: AD EAM REM RATIONEM CVR SVS ANINVOS SACERDOTES FINIVMTO. Ferijs festiq; diebus liberi quietē litium; & iurgiorum: Serui rusticorum operum & laborum intermissionem ex hac lege habebant. Et vt sacrificiorum libamenta foetus pecorum seruantur; ratio intercalandi diligenter erat habēda. Sed ne in occulto huiusce legis dispositio habeatur: dierum ordinem ab Romanis institutum referre placet. Numa nō contentus annum in mēses distribuisse; in dies teste Macrobio vnumquēque mensem diuisit; diesque omnis aut festos/ aut profestos/ aut intercios vocauit. Festi dijs dedicati: profesti hominibus ad reipublicae & priuatae administrationē concessi fuerunt. Festis inerant sacrificia/ epulae/ ludi/ feriae; nā tunc sacrificia dijs offerebantur; vel dijs epulationibus diuinis celebrabatur; aut ludi in honorem agebantur deorum; vel feriae obseruabātur. Feriae autē publicae aut priuatae erāt priuatae seu propriae feriae familiarū; vt Claudiae/ Aemiliae/ Iuliae/ seu Corneliae erāt; Nā aliquas pprias ferias quaeq; Familia exusu domesticae celebritatis obseruabat; necnō & singuli priuatas quasdam ferias; vt natalium & fulgurum suspensiones; item funerum; atque expiationum dies obseruabāt; Feriarum vero publicarum quattuor erant genera; aut em Statuatae erāt; aut conceptuatae; aut imperatiuatae; aut numdinae Statuatae vniuersi populi communes erant; certis & constitu

tis diebus ac mēſibus annotata: & in eis agonalia; Carmē  
 talia; Lupercalia præcipue ſeruabātur, Conceptiua quotan  
 nis a magiſtratibus vel ſacerdotibus iſdies certos vel icertos  
 concipiebantur; vt erant latina; Sementina; Peganalia; et  
 Compitalia, Imperatiuas Ferias conſules vel prætores pro  
 arbitrio poteſtatis Inducebant, Nundina ruſticorum erāt:  
 In illis enim ruſtici negocijs proprijs vel mercibus prouiſu  
 ri conueniebant, Et ſi indictis cōceptiſque ferijs opus ali  
 quod fieret; polluit ferias Sacerdotes affirmabant: Quod  
 ſi talibus diebus quiſpiam imprudens aliquid egiſſet; porco  
 piaculum dare debebat, Prudens vero ſi quid operis talis  
 bus diebus egiſſet; expiare Scauola pontificis ſentētia nō  
 poterat, Et ne feſtis diebus opus ſeri debeat; ſic Tibullus poſt  
 banc legem admonet, Luce ſacra requieſcat humus; requie/  
 ſcat arator; Et graue ſupēſſo vomere ceſſet opus, Soluite vi  
 cla iugis nunc ad præſepia debent Plena coronato ſtare bo  
 ues capite, omnia ſint operata deo; nō audeat vlla Lanificā  
 pensis impoſuiſſe manum, Sed ſi aliquis opus ad deos per  
 tinens ſacrorumve cauſa feciſſet; vel aliquid ad vrgentem v  
 tavitilitatem reſpiciens actitaſſet; ferias ſecundum Vmbro  
 nem non polluebat, Scauola denique conſultus; quidnam  
 ferijs agi liceret; poſſe quod pretermiſſum noceret; agi reſpō  
 det, quapropter ſi paterfamilias bouē/qui iſpecus decidifſet  
 adhibitis opis liberaſſet; aut tecti fractā trabē ab imminēti  
 ruina fulciēdovēdicafſet; ferias nōvīdebat polluiſſe, Quod  
 ergo hac lege dicit; ferijs lites ceſſare/& eas i opibus ſeruari  
 debere; nō obtinet; ſi neceſſitas vrgear; vt iā pbatū eſt: & ex  
 cōſtitutionibus Alexandri & Gregorij pōtificū/nec nō impa  
 toris Cōſtāntini & aliorū legibus, iſtud cōprobat; ſed & Virgi  
 lius ipſe neceſſitati religionem cedere his verbis oſtendit,  
 Quippe etiā feſtis quādā exercere diebus Fas et iura ſinūt;  
 riuos deducere nulla Religio vetuit: ſegeti prætendere ſe  
 pem; Inſidias auibus moliri/Incendere vepres /Balanz



## LIBER SECVNDVS

tumque gregem fluuio mersare salubri. Et complura rei vrgentis exempla Vlpianus Constantinusq; iperator Alexāder pōntifex & alij sub titulo de ferijs enumerant; Ab hac lege cōsensus etiam litigantium eximitur; E voluntate enim partium; vt Gregorius antistes/ & Vlpianus scribunt; messiū vindemiārumq; tempore/ & alijs ferijs ob necessitatem hominum inductis iudiciū & iurgia exerceri possunt: In dies autem siue ferias dñs dedicatas partium cōsensus nihil pōt. Quinimmo vt hac. xij. tab. lege exprimitur; ferijs certisque diebus etiā a sacerdotibus additis sacrificia dñs fieri/ & certae fruges & bacchae libari debebāt. Itaq; obseruandum est non licuisse sacerdotibus omnem fructum libare; nam e vitibus non putatis non esse dñs libandum; neq; sine farina sacrificādum; & alia quaedam id genus Numa cōstituit; sed hac Numae instituta posteriorum pontificum negligentia Cicero fuisse dissoluta refert. De feriarum autem atq; festoꝝ obseruatione præclare Leo imperator ait; si seruaretur; vt dies festi altissimae maiestati dedicati; nullis voluptatibus occupentur; nullis exactioꝝ vexationibus prophanentur; vt nulla tunc quēquam vtgeret admonitio; nulla fideiussioꝝ nis flagitaretur exactio; taceret apparitio/ aduocatio delitesceret; vt ille dies a cognitionibus esset alienus; Vox praecōnis horrida silesceret; a controuersijs litigantes respirarent; & foederis haberent interualla. Magna proculdubio fuit Romanorum religio; vt ferijs iurgia amouerent/ & diuinis operam darent. Ego hac legens praepudore obmutesco/ dū nostros Christianos ferijs voluptati/ & delitijs indulgētes Romanis confero religiosi. Qualiter autem hodie praedicta quatuor feriarum genera a iuris peritis coustuantur; facile e titulo de ferijs et alijs deprehendes. Haftenus de festis diebus diximus. Profesti vero dies hominibus; vt dictum est; ad reipublicae & priuatae administrationem concessi fuerūt; & eis dies fasti inerant/ comitiales/ comprehendini/ Stati/ &

Præliares. Fastis tria v̄ba solēnia do. dico, addico, Farī prætori licebat; dies his cōtrarij dicebātur Nefasti; Comitialibus vero agi cum populo licebat, & fastis quidem lege non cum populo agi permittēbatur; Comitialibus fieri vtrūq; poterat. De his diebus Ouidium sic loquētem audiamus: Ille Nefastus erit; per quem tria verba silentur. Fastus erit; per quem lege licebit agi. Est quoq; quo populū ius est includere septis. Comperendinis autem vadimonium dicere pmissum erat, at Statī dies iudicij causa cū hoste instituebantur; de his vnam, xij. ta. legem postea referemus. Præliaribus res repetere; vel hostem laceſcere fas erat; nam Latinarū tēpore quo publice quondam inter Romanū populū Latinosq; firmatæ sunt Induciæ; præliū inchoare nefas erat. Nec saturni festo qui sine vllō bello imperasse creditur; nec patente mūdo; quod sacrum Diti & Proserpinæ dedicatum est; melius/que occlusa Plutonis fauce Romanj eundum ad præliū putauerunt. Ad vsos insup̄ vocandos serias & dies qui rebus aduersis notati essent; sicut a Varrone didici; veteres vitabant; hæc tamen in prælio sumēdo dilīgēs obseruatio erat; cum Romani bellū inferebāt; at quum exciperēt/omnibus diebus salutem propriā/aut publicā defendere dignitatem sublata eligendi facultate permissum erat. Iusti autem dies triginta dies continui dicebātur; quibus exercitui imperato vexillum ruffi coloris in arce ponebatur. Dies vero Postriduani decreto pontificum neque præliares/neque puri/neque Comitiales; Sed atrī erāt; & in omnibus cauebātur. Hoc quoque sic Ouidius in fastis exprimit. cum de calendis; idibus; & nonis mentionem fecisset. Omnibus istis (ne fallare caue) proximus ater erit. Nomen ab euentu est. illis nam roma diebus Marte sub aduerso tristia damna tulit. Tertiam speciem dierum cuiusque mensis intercisi dies constituerūt; & dijs hominibusque communes erant. Quibusdam enim illorum dierum horis fas; Quibusdam nefas ius dicere fuit;

## LIBER SECVNDVS

nam cum hostia, cædebatu rari nefas erat; sed ea intercafa et porrecta rari licebat; & ideo Quidius in fastis ait. Nec toto perflare die sua iura putaris; Qui iam fastus erit; mane nefastus erat; Nam simul exta deo data sunt; licet omnia rari; Verbaq; honoratus libera prætor habet. Prædictasi Varonem de lingua latina legeris; tibi magis nota erunt; plura enim ad hanc legem pertinētia breuitatis causa omitto. Deinceps in lege est; vt sacerdotes Bacchas & Fruges libēt; de aruorum sacerdotibus & alijs intelligendum est; quosdā enim aruorum sacerdotes Romulus authore Plinio imprimis instituit; nam cum Acca Laurentia; vt in primo memorialium libro, Massurius sabinus scribit; duodecim liberos suscepisset; & vnum morte amisisset; in illius locū Romulus sese Laurentiæ filium dedit; seque & cæteros Accæ filios aruales fratres appellauit; & ex eo tempore collegium duodecim fratrum Arualium in republica mansit; a ferendoque & aruis fratres aruales secundum Varronem dicti sunt; nam vt fruges arua ferrent; sacra publica faciebāt; & e Numæ instituto; vt Plinius ait; sacerdotes ipsi deos fruge colebant; & mola falsa atque tosto farre supplicabant; & fornacalia faris torrendi ferias ab ipso Numa institutas cum populo seruabant; ac nullus quidem nouas fruges aut vina degustabat; antequā sacerdotes primitias libassent, sed in vino dijs prolibando sacerdotes obseruasse Plinius tradit; vt ex vino imputatæ vitis fulmine tactæ solum dijs libarent; quod ideo a Numa constitutum traditur; vt homines putare vites cogerentur; insigne sacerdotij fratrum arualium spicea corona & albe infula erant; sicuti apud Gelium comperimus; & Romulo spicea corona quæ vitta alba colligabatur; in sacerdotio ab Acca Laurentia pro insigni religiosissimo data est. Lacte etiam & foetu animalium a sacerdotibus dijs fiebat sacrificium; in qua re ne delinquit posset; sacerdotes foetus aeta

tem obseruabant; non enim cuiuslibet aetatis foetus sacrificio aptus dicebatur; ut e Plinio didicimus; suis enim foetus sacrificio die quinto; pecoris vero die septimo purus erat. Ast trigesimo die bouis foetus sacrificio aptus erat; & forte in vitulo maiorem aetatem quam in alio foetu Romani sacerdotes exigebant; quoniam consumatae mensurae; ut in ceteris animalibus contingit; vitulus natus caudam statim non habet; & antequam cauda articulum suffraginis contingeret; non posse id animal litare credebant; ut a Plinio traditur. Lacte vero pro vino & pro lactentibus sacrificare apud sacellum diuae Ruminae; ut Varro scribit; pastores solebant. Rumina enim dea pueris lactentibus praesidebat. Lacte etiam sicut vino & melle Cereri libatum fuisse Virgilius his verbis testatur; Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret; Cui tu lacte fauos; & miti dilue Baccho. ubi Seruius pontificales libros vini etiam non prohibuisse sacrificium contra quorundam sententiam probat; & ostendit; vinum enim omnibus sacris praesertim Cereris fuisse vetitum Macrobius & alij quidam putabant; & ideo aliter hunc Virgilij locum ne contra religionem diceret; enarrabant; Quod Seruius non recipit. Romulus quoque non vino sed lacte libauit; quod a Posteris in sacris ab eo institutis seruatum est. Posthuma tandem Pompilij lex; propter vini inopiam; eo spargere rogum prohibuit; Sed e vino amputatae vitis libare dijs concessit. hac lege sic enarrata ad altas transeamus.

QVAEQVE CVIQVE. DIVO DECORE  
GRATAE SINT HOSTIAE; SACERDOTES PRO  
VIDENTO. DIISQVE ALIIS ALLII SACERDO-  
TES; OMNIBVS PONTIFICES. SINGVLIS FLA-

LIBER SECVNDVS

MINES SVNTO VIRGINES QVE VESTALES IN VRBE IGNEM FOCI PVBLICI SEMPITERNVM CVSTODIVNTO: PRIVATIM ET PVBLICE MO- DO RITVQVE AGVNTO. Macrobius post Trebatii de religionibus duo esse hostiarum genera tradit: vnum in quo dei voluntas per exta exquiritur: alterum in quo sola anima deo sacratuꝛ; & has secundas hostias Haruspices vocant animales; Vtrūq; hostiarum genus Maro carmine ostēdit primū quidem hoc carmine demonstrat: Mactat lectas de more bidentes; Pecudumq; reclusis pectoribus inhians spirātia cōsulit exta. Hostiæ animalis meminit; dum Entellus taurum mactans apud eū dicit: hanc tibi Eryx meliorem animā pro morte Daretis persoluo. Marcellus vero vt ceteros omittā; cū pœnorū exercitū aut i Italia p̄sternere / aut Italia pellere summo niteret studio; solēni sacrificio volūtates deorū explorauit; & cū exta Aruspici nō placerēt; Marcellū; ne quid temere ageret; monuit; sed postea nocte Marcellus speculari gratia cū paucis egressus ab hoste interfectus est. Ex his hostijs animalibus aut consultatorijs quædam iniuges; eo quod nunquam domitæ / aut iugo subditæ fuerāt; vocabantur; quā rem sic Virgilius explicat: Nunc grege de intacto septem mactare iuuenos præstiterit; totidem lectas de more bidentes; & intactas totidē ceruice iuuenas. Ambarualis etiā quædā hostia erat. Et vt festus ait; pro frugibus et aruis a duodecim fratribus sacrificabatur; & quia circum arua a sacrificiis ducebatur; Ambarualis Hostia appellata est. huius sacrificij genus Sic Virgilius in Georgicis exprimit. Terq; nouas circū, foelix eat Hostia fruges ois quam chorus; & socij comitētur ouātes. Et Cererē clamore vocent in tecta; & hoc Ambaruale sacrificiū; vt Seruius refert; sæpe fieri porca foecunda & grauida cōsueuerat. Hoc & alijs locis probatur satis Maronem sine pontificio iure; de quo his legibus agitur; nō posse intelligi; discāt igit hasce leges / qui

virgilium habere cupiunt; & poetarum fateantur studiosi: iuris noticiam suo non officere poemati. De secundo Hostiarum genere animalis scilicet credimus magis hanc debere legem intelligi: providendum enim erat; ut Marcus Cicero interpretatur: quibus hostijs cuiq; deo immolandum esset: cui scilicet maioribus; cui lactentibus; cui maribus; cui foeminis; non omnes certe cuiq; deo gratæ erant hostia. Ioui enim: ut Attæius Capito iuriscōsultus libro primo de iure sacrificiorum refert: immolari Tauro; Verre; Ariete non licebat; & si quis forte ei tauro sacrificium faceret: piaculum dabant. vnde Maro cum Cœlicolum regi mactaretur in littore Tauris: secutum dicit horrendum dictu & visu memorabile monstrum, sed Apollini; Neptuno; & Marti Taurus auctoritate Antistio labeone immolabatur; quod Virgilius nō ignoravit dicēs: Sic fatus meritos aris mactavit honores; Taurū Neptuno; Taurum tibi pulcher Apollo. Iuencum tamen Ioui fuisse immolatū Servius dicit. quod omisso Virgilio & alijs Iuvenalis hoc carmine ostendit. niueam reginæ cædimus agnam. Par vellus dabitur pugnati gorgone maura. Sed pcul extensum! petulans quatit hostia funem Tarpeio serua ta Ioui; frōtēq; coruscat. Quippe ferox vitulus templis mactatus & aræ; Spargendusq; mero; quem iam pudet vbera matris ducere; qui vexat nascenti robora cornu. Equus etiam Marti immolabatur; eo quod per eius effigiem; ut Festus ait Troiani capti essent; vel quod eo animalis genere Mars oblectari putaretur. Et Ioui omnibus idibus ouis mactabatur; vnde idulis; ut Festo placet; appellata est. De hac re Ouidius huicē bis meminuit idibus alba Ioui grādior agna cadit. Minerva aut capræ imolabatur; nāvt Plinius qui quagesimo capite libri octavi scribit. Caprarū morsus arboris exitialis est: oliuam lambēdo quoq; sterilem faciunt; eaque ex causa Minervæ immolabantur. Numinibus enim victimæ; ut Servius in libris Virgilij ait. aut per similitudinem aut per con-

## LIBER SECVNDVS:

trarietatem immolabatur: per similitudinem vt nigrum pecus Plutoni. Et ideo Anchises aeneae filio in somnijs dixit. vt in infernū ad se descenderet; & quod eū illuc multo nigrum pecudum sanguine casta Sibilla duceret. Per contrarietatem porca, quae obest frugibus; Cereri; & caper qui vitibus obest; Baccho immolabatur; quod Virgilius secūdo Georgi corum libro ostendit: cum non aliam ob culpam Baccho caprum cadi aris omnibus dicit; quam quod vitibus noceret. Item capra quae nunquam febre caret; per contrarietatem Aesculapio deo salutis immolabatur; nec non & mineruae: vt dictum est; quia oliuam eius arborem lambendo sterilem faciebat; ipsa capra immolabatur. Prima vero hostia Sus; secunda caper fuisse putantur; vt hoc Ouidij carmen libro meta. quindecimo probare videtur. Et prima putatur Hostia Sus meruisse necem; quia semina pado Eruerit rostro: spemq; interceperit anni Vite caper moria Bacchi mactatus ad aras. Dicitur; vltoris nocuit sua culpa duobu. Idē ex Ouidio in fastis deprehenditur. Sic alijs dijs alae placebant Hostia; vt ex antiquis scriptoribus intellegere licet. Sed pudeat non exposito Hostia & victima significato haec: nus processisse; Victima & Hostia omne animal dicitur; quod deo immolatur; & Hostia secundum festum ab hostire quod est festre dicta est; sed quid inter haec duo intersit. Ouidius hoc carmine demonstrat. Victima quae dextra cecidit victrice vocatur; Hostibus a domitis Hostia nomē habet. Auratis etiā interdū cornibus Romani in honorem deorum hostias; sed maiores dumtaxat immolabant; vt apud plinium legimus. Plane Galli vt quidam alij nouum hostiarum genus immolabant; nam grauioribus morbis affecti; in praelijs periculisque versantes; Pro victimis aut immolabant; aut se immolaturos homines vouebant; vt Caesar in commentarijs refert; administrisque ad ea sacrificia druidibus utebantur; credebant enim vita tantum hominis redimi vitam homi-

nis posse. Sed senatusconsultum, Gn. Cornelio Lenculo, P. L. Crasso cōsulibus factum est; ne homo immolaretur: quo hoc sacrificij genus sublatum est: deinde Tiberij Cæsaris principatus Druidas quoque Gallorū sustulit; vt, omnia Plinius refert. A sacrificantibus fuisse etiam obseruatum Macrobius tradit; vt si hostia quæ ad aras ducebatur; vehementer reluctata fuisset; & se inuitam admoueri altaribus ostendisset renueret; quia eã inuito deo offerri putabant. Eã autem quæ oblata stetit, volenti numini dari existimabatur; vnde poeta ait; & ductus cornu stabit sacer hircus ad aras. Titus paulo ante quam moreretur; tristior factus est; quod sacrificanti hostia aufugerat; et quod tempestate serena tonuerat. Sed Cæsar licet; ei immolati hostia aufugisset; profectionem aduersus Iubam & Scipionem non distulit. Vitulos quoque ad aras humeris hominis allatos non litasse; sicut nec claudicante nec aliena hostia deos fuisse placatos notatum est; vt Plinius tradit. Constitutis dijs sacerdotes qui eorum ostentat & ceremonias tractarent; hæc lex constituit; & quia omnis populi Romani religio in sacra; auspiciaque; & aruspicum prædictiones; interpretationesve diuisa erat; vt apud Ciceronem de natura deorum cotta dicebat; Primo sacrorum; Deinde auspiorum sacerdotes; tum portentorum interpretes sigillatim sequentibus ostendentur legibus quod ad Numæ Pompilij religionem pertinet; is enim; vt apud Hæcarnaseum legimus diuini cultus institutionem prædicta distinguendo in octo partis diuisit; & eas totidem ministris tradidit; Curionibus scilicet Flaminibus; Celerum ducibus. Auguribus; virginibus Vestalibus; Salijs; Fœtalibus; & pontificibus. Quinque ex his sacerdotum generibus hac lege et sequentibus explicantur; imprimis; vt, omnibus dijs Pontifices; et singulis flami-



## LIBER SECVNDVS

nes essent; hac lege præcipitur. Porro sacra omnia exscripta exsignataq; Numa pontifici attribuit; vt apud Lium nuenimus; & quibus hostijs/quibus diebus/ad quæ templa sacra fierent/cæteraque omnia publica priuataque sacra pontificijs scitis subiecit; vt esset; quo consultum plæbs veniret; ne quid diuini iuris patrios ritus negligendo/ & peregrinos asciscendo turbaretur; voluit quoque Numa Pompilius; vt non solum cælestes cœrimonias; sed iusta etiam funebria/ placandosque manes idem pontifex edoceret; & quæ prodigia fulminibus alioie iussu missa susciperentur; atque curarentur in pontificis cura esse voluit; ius quoque ciuile/ & interpretandi scientia/ & actiones populo dādæ tātisper apud collegium pōtificum inter sacra cœrimoniasq; deorū fuerūt; dum has actiones ab Ap. Claudio in formā redactas, Gn. Flautus scriba; & libertino patre genitus; populo tradiderit; et ius ciuile vulgauerit; vt a Pōponio/ Valerio/ Lium/ & alijs memoria traditum est. Flamines vero; quod caput filo cinctum haberent; hoc nomine dicti fuerunt; quorum singuli vt Varro testis est; ab eo deo cui sacra faciebāt; cognomina habebant; sed partim aperta erant; vt Flamen Marcialis; & vulcanalis partim obscura; vt Flamen Dialis; Furinalis/ & Falacer. & Cæsar adolescens adhuc flamen dialis fuit destinatus. Sed Sylla eum quia Mari partes sequebatur; & Corneliam Cinæ filiam repudiare volebat; hoc sacerdotio priuauit. Multæ ceremoniæ Flamini Diali impositæ fuerūt; quas Gelius libro decimo cōmemorat. equo enim vehi Flamini Diali non licebat; ne vt festus tradit; si longius disgrederet; sacra negligenterentur. Item iurare Dialectem/ vel anulo vti/ aut hederam fabam ve tangere/ vel nominare nefas erat; neque aliquem in se nodum habere poterat; quod integram fidem optimosq; mores; vt aliqui scribunt; designabat; ne dissimulanter aliquid aut subdole in deorum sacris ageret; sed libere & aperte ad fidem & veritatem omnia referret. Præterea

si vincus ædes flaminis dialis introbat: vinculis solue-  
batur: & si quis verberandus erat: & ad pedes eius supplex  
procumbebat: eo die non verberabatur. Tunicam inti-  
mam / nisi in locis tectis non exuebat: ne sub cœlo tanq̃  
sub oculis Iouis nudus esset: in conuiuio præter regem sacrifi-  
culum: nemo Flaminem Dialectem præcedebat: si vxorẽ amitte-  
bat: Flaminio decedebat: Eius matrimoniũ sola morte di-  
rumpebatur. hoc quoque prætoris edicto Flamẽ iurare nõ  
cogebatur: Sacerdotem Vestalem / & Flaminem Dialectem in  
omni mea iurisdictione iurare non cogam: insuper Flami-  
nes videre ferijs opus fieri authore Macrobio prohibitum  
erat: & ideo ne quid tale ageretur: per præconem denuncia-  
bant: præceptique negligens multabatur: hæ sunt dignio-  
res ceremoniæ: quas veteres Flaminum Dialecti imposuerant. re-  
liquas vtpote viliores relinquimus: quas antiquitatis studio  
fus apud Festum Geliumque & alios inueniet. Nonnulla ex  
antiquis ceremonijs paulatim deinde abolita: vt salutis au-  
gurium: Diale Flaminium: & sacrum Lupercale: Seculares:  
& Compitalitios ludos Augustus pontifex restituit. Ius ve-  
ro flaminum & aliorum sacerdotum subrogandorum a col-  
legijs ad populũ. Gn. Domitius in tribunatu trãstulit: cum  
põtificibus: vt Trãquillus in Nerone scribit: offensior esset:  
quod alium quam se in patris sui locum cooptassent. Vesta-  
les autem virgines curam ignis sempiterni habebãt: quarũ  
negligentia si forte extinguebatur: flagro a pontifice maxi-  
mo cadebãtur: & hostijs maioribus procurabatur: supplica-  
tioq; ad vestæ aram habebatur. Quod, P. Licinij pontificis  
temporibus sancto igne extincto factum comperimus: Sed  
longe plura quam hæc legerit: ipsæ vestales facere debe-  
bant: nam triginta annis ex constitutione Numæ Pom-  
piliũ seruare castitatem astringebantur: ac primo decenio  
facienda dicebãt: secũdo autem quæ didicerãt faciebãt: re-  
liquo vero decenio hæc alias docebãt: Post id tempus & nu-  
d.

## LIBER SECVNDVS

here & aliã vitã agere eis pmittebat: pauca tñ ad alijvuen  
 di modũ trãsiuerũt: sed & hæ infœlices successus habuerũt.  
 Alioquin magnus honor datus est vestalibus. vt cũ fascib⁹  
 pdeũtes deducerẽtur: vt quãd lætũ ducebãt: si casu nõ data  
 opa ei Vestales occurrerẽt: ipune dimitteret: Præterea ea  
 ius soror ad id sacerdotiũ lecta erat: excusationẽ habebat. si  
 eut ea culus pater flamen/vel augur/aut quidecim vir sacris  
 faciũdis/aut septemvir epulonũ/Saliusve erat, spõsã quoq;  
 põtificis/aut Tribicinis sacrorũ filia: vacatio ab hmõĩ sacer  
 dotio tribuebat: eius etiã filia excusabãt: qui tris liberos/vl  
 domiciliũ i italia nõ habebat. Hãc legẽ nõ oĩno spreuit chris  
 stiana religio: qm põtifices habet qui oĩm diuorũ ædes: cul  
 tũ: atq; sacra curãt/et tuentur: et qui curã ipsius christianæ  
 religiõis habet singulis, quoq; diuis christiani sacerdotes at  
 tribuũt, vt de bñdictione: frãcisco: Anthonio: & alijs diuis vide  
 mus: qui ppios sacerdotes habet: sed & diuarũ mulierũ cul  
 tui religio nrã sacras vrgines dedicat, Satis de flaminibus  
 & vestalibus dictũ est: & ideo leges quæ augurũ vel aliorũ sa  
 cerdotũ potestatẽ docet: nũc videamus.

**IGNARIAPVBLI  
 CIS SACERDOTIBVS DISCVNTO: EORVM AV  
 TEM DVO GENERA SVNTO: VNVM Q VOD SA  
 CRIS ET CAERIMONIIS PRAESIT: ALTERVM  
 Q VOD INTERPRETETVR FATIDICORVM ET  
 VATVMEFFATA, INCOGNITA: Q VORVM SENA  
 TVSPOPVLVSq; ASCIVERIT, INTERPRETES AV  
 TEM IOVIS OPTIMI MAXIMI PVBLICAVGVRES  
 SIGNIS ET AVSPICIIS POSTEA VIDENTO, DISCI  
 PLINAM TENENTO, SACERDOTESq; VINETA  
 VIRGETAq; ETSALVTEM POPVLI AVGV RANTO  
 Q VIq; REM DVELLI AGENT: Q VIq; POPVLARE  
 AVSPICIVM PRAEMONENTO: ILLISq; OBTEM  
 PERANTO: DIVORVMQ; VE IIRAS PROVIDENTO:  
 IISQ; VE PARENTO: COELIQ; VE FVLGV RARE  
 GIONIBVS RATIO TEMPERANTO, VRBEMQ; VE**

ET AGROS/ET TEMPLA LIBERATA ET EFFATA  
 HABENTO. Q VAEQ VE AVGV R INIVSTA NE  
 FASTA/VICIOSA /DIRA /DEFIXERIT IRRITA: IN  
 FECTAQ VE SVNTO : Q VIq NON PARVERIT  
 CAPITALE ESTO : FOEDERVMq PACIS BELLI  
 INDVCIARVMORATORVM SPECIALES IVDICES  
 NESVNTO: BELLA DISCEPTANTO : ; PRODIGIA  
 PORTENTA ADETRVSCOSET ARVSPICES /SI SE  
 NATVSVSSERIT: DEFERVNTO: ETRVRIAEQ VE  
 PRINCIPES DISCIPLINAM DOCENTO : Q VIBVS  
 DIVIS CREVERINT PROCVRANTOR: IIDEMQ VE  
 FVLGVRA ATQ VE OSCINA PIANTO. Hæc legē Vale  
 rius post Ciceronē i orōne de aruspīcū respōsis enodat: quā  
 dicit/maiores stas solēneq; carimonias: pōtificū scia: bñ  
 gerendas: rerū authoritatē: augurū observatiōe. Apollinis p  
 dicatiōes: vatū libris. portētorūq; depulsa & explanationes  
 etrusca disciplina explicari voluisse. Et Marc' idē Cicero nō  
 solū ad religionē/sed etiā ad ciuitatis statū hāc legē p̄tinere  
 dicit vt sine his qui sacris publice p̄stāt: religioni p̄ruata  
 satisfieri nō possit. descriptio quoq; sacerdotū hac lege facta  
 nullū iustæ religiōis gen' p̄termittit: nā sūt: vt Cicero iqt: ad  
 placādos deos aliq cōstituti: q; sacris p̄sint solēns? aliq ad iter  
 p̄rāda vatū p̄dicta sacerdotes: sūt cōstituti: & vt coeli fulgura  
 ratis regiōibus tēperarēt: nā e quattuor coeli regiōibus duæ  
 Septētrio/ & meridiēs statu p̄petuo manēt: aliæ v̄o ort' scilicet  
 & occasus mobiles ac varij sūt: Sol em̄ nō semp eodē mō  
 orit': sed aut equinoctialis/ v' solstitialis: aut Brumalis oriēs  
 dicit: Itē nō i eūdē locū semp occidit: sed ei' occasus sūt equi  
 noctialis/ aut solstitialis/ vel Brumalis est. Sed maximū i re  
 publica fuisse ius augurū authoritati cōsūtū Cicero elegā  
 ter p̄bat: quoniam a summis iperij & summis potestatibus  
 comitia tollere/ & consilia vel instituta dimittere: vel habita  
 ta rescindere poterant: resque suscepta vno Augure aliter

## LIBER SECVNDVS

dicente dirimebatur. Sed & vt magistratu se abdicarent consules/decernere poterant augures: vt de Scipione et Figulo Legimus augures enim cum a Tiberio Graccho hos consules fuisse vitio creatos intelligerent: id ad Senatum retulerunt vnde iussu eius. C. Figulus e Gallia/ & Scipio Nasica e Corsica Romam redierunt: & se consulatu abdicauerunt. Et ius cum populo & plebe agendi aut dare aut non dare in augurum erat arbitrio: legem quoque si non iure rogata erat/ auguribus tollere licebat: & haec omnia hac lege exprimitur: vt quaeque augur iniusta/ nefasta dixisset: irrita infectaque essent. poenas etiam auguri non obediens dabat: religioni enim parendum esse/ nec morem patrium impune contumaciter repudandum veteres constituerunt: itaque cum. P. Claudius & L. Iunius consules. contra auspicia nauigassent: & ab hostibus Claudius deuictus esset. a populo condēnatus est. Iunius autem classe tempestate amissa sibi necem consciauit. Ritus autem in augurandi talem fuisse ex L. Iuio colligimus. Augur enim dextra manu baculum sine nodo adunsum tenens/ capto in urbem agrumque prospectu/ deos praecatus/ regiones ab oriente ad occasum determinabat: dexteramque ad meridiem partes/ & leuam & ad septentrionem edicebat: ac signum contra quo longissime oculi conspectum ferebant. animo finiebat. Deinde baculo in leuam manum translato: dextram in eo pro quo sumebatur augurium: imponebat: tum deos orabat: vt inter eos fines quos fecerat: clara signa essent: postremo missis signis augurium sumptum erat. Hi augures a sacerdotibus designabantur: & vt Plutarchus in Marcello refert: ex auiibus vaticinia contemplari/ ac obseruare solebant: Festus plus tradit: quinque signorum genera e caelo/ & auiibus/ e tripudij/ quadrupedibus/ & diuis obseruasse augures: & sic Stygius Bubo Didonis mortem praedixit: & Caesaris necem Tubae in caelo audita: Sol: Luna: faeculaeque visae sub astris: Regallolus a varij generis volu-

cribus discerptus; & equorū greges pabulo abstinentēs; vber  
 timque flentes; Canes quoque in foro & circum templa deo  
 rum vlulantes pramonuisse dicuntur; vt apud Plutarchum  
 Tranquillumque et Ouidium reperimus. Sed ex auribus tris  
 pliciter auguria capiebantur; nam alia volatu / alia cātu fu  
 tura prædicebant; et ille quidem prepetes; hæ osciuræ dicebā  
 tur; ex autem quoque gustatu auguria sumebantur; vt cum  
 pullis e cauea ad eorū custodiam instituta emissis esca pot  
 rigebatur; quam si non capiebant; pernities portendebatur  
 quapropter infœlicem Cladem a Numantinis Mancino illa  
 tam prædixerunt pulli / qui e cauea emissi neglecta esca in p  
 ximam siluam fugerunt; summaque diligentia quæsitū repe  
 riri nequiuerunt; mos enim teste Serulo Romanis erat; in  
 comitijs agendis / & bellis gerendis pullaria captare Augu  
 ria. Sed ne dubites viros illustres hoc sacerdotium habuisse;  
 & Helenus priami filius; Romulus; Marcellus; Cicero; Pau  
 lus; & complures alij augures fuerunt; nec sit mirum; cū pa  
 triciū in initio sacerdotum esset; sed tandem plæbiscito  
 Oguinio plæbs ad id sacerdotium admissa est; & quinque au  
 gures. G. Gemitius. P. Elus. M. Minutius. C. Marcius. L. Pu  
 blius. M. Valerio et. Q. Apuleio cōsulib⁹ e plæbe adiecti sūt.  
 In bello quoque suscipiendo / gerendo / & deponendo / publi  
 ci interpretes erant; et auspicia obseruabātur; magnam cer  
 te religionem romani in bellis habebant. imprimis vt iustū  
 conciperetur bellum; pax que fieret; fœciales constituerūt;  
 apud quos belli pacisque faciendæ secūdum festum ius erat  
 vt hac lege dicitur; præmittēbantur enim fœciales vt bellū  
 indicerent; neque al ter geri bellum iuste dicebatur; per eos  
 quoq; fœdus percutiebatur. Quibus autem verbis bellum  
 fœciales indicerent; et quibus fœdus facerent; Liius libro  
 primo ostendit; fœcialium quoque potestatem in rebus bel  
 licis Dionisius Alicarnaseus / & plutarchus in Numæ vita  
 diligenter explicant. primū igitur. fœciales bellū indicebāt

## LIBER SECVNDVS

Auspicijs deinde sumptis; factoque dijs sacrificio Romani duces in bellum proficiscebantur; apud antiquos enim; vt Valerius, Cicero, & alij referunt; nihil publice/aut priuatim nisi auspicio prius sumpto gerebatur; & ante pugna in eisdam/ac pericula suscipienda/deos consulere mos Romanis erat; vt Plutharcus in Camillo scribit; proinde cum posthumus consul/& flamen ad bellum gerendum Africam petiturus esset; a Metello pontifice urbem egredi desertis Martis ceremonijs/sacrisque omissis prohibitus est. Romani tamen cum Brennus Gallorum rex urbem bello obsideret/& oppugnaret; vsque adeo turbati fuerunt; vt nec litato nec auspiciatorem gerere recordati fuerint, in initio quoq; pugnae superos e more Romani adorabant; quod Marcellus consul cum viridomaro Gallorum rege pugnaturus prater opinionem fecisse traditur: suos enim milites ad conferendas manus conuertens/ ab equo hostium clamore & strepitu perterrito violenter retro ablatu est; Sed retractis statim habenis ne casu magis q̄ cōsilio eo circuitu vius videretur: solem supplex adorauit; & solitam romanorum religionem seruauit. Duce autem bellum gerente; si prospere gerebat; nec bellum ciuile erat trophaum ponebatur; & supplicationes a romanis fiebant; vnde Aeneas occiso Mezentio licet nondum plenam victoriam consecutus esset; tamen trophaum constituit; & posuit; vt Virgilius Aeneae morem Romanorum tribuens docet; & Seruius hoc enarrat: Vens autem a Camillo dictatore captis senatus quattuor dierū supplicationes decreuit; Caesar quoque rebus in Gallia prospere succedentibus saepius multorum dierum supplicationes impetrauit; sic in alijs compluribus bellis euenisse reperies. Interdum duces exercitus in praelio ancipiti vouebant, &

post bellum confectum vota soluebant: sic de Romulo comperimus; qui Sabinis superatibus aedem Iouifatori vouit: Metiam Fuluio ludos quos eo die quo Ambraciã coepisset: se vouisse Iouif optimo max. dicebat: Senatus facere magna impensa promisit. Posthumius quoque templum Castori latino bello vouit/ quod postea filius eius dedicauit: a Marcello etiam consule Honori et virtuti post Clastidium & Syracusas captas / aedes nuncupatis debita votis consecrata est. Constat etiam Augustum Bello Philippensi pro vltione paterna suscepto aedem Marti vltori vouisse: ac postea extruxisse: & vt absoluam: Matri deum imperatores Romani victoraz: compotes suscepta vota Pessinūtem profecti saepenumero soluerunt: vt Valerius ait. Inclinate quoque ac te cōsul interdum Prator: aut Dictator se vel vnū militem scriptum & legiones Hostium pro salute exercitus Po. Romanis dijs manibus deuouebant. & si deuotus homo moriebatur: probe factum videbatur: & bene cum Romanorū exercitu agebatur: vt de Decijs patre & filio legimus: qui confusum gerentes caput suū pro salute reipublicæ, deuouerūt: ac protinus incitatis equis medium hostium agmen petierunt: & facta ingenti hostium strage demum Romanis legionibus victoriam morte sua dederunt: si autem priuatus homo deuotus non moriebatur: piaculum hostia cædebat. Sed si imperator se deuouens superuiuebat: neque suum neque publicum diuinum pure faciebat: & hæc deuotionisque formam abunde L. ius libro octauo tradidit. Quod si aliquam hostium urbem Romani obsidebāt: deos tutelares: id est deos in cuius tutela vrbs illa esse dicebatur:

d iiii



## LIBER SECVNDVS.

certo carmine primum euocabant, vt sacrilegia seruij testi-  
 monio euitarentur; & quod aliter urbem capi posse non cre-  
 debant; aut etiam si capi posset; nefas deos habere captiuos  
 arbitrabantur; deinde numinibus iam euocatis Dictatores,  
 aut imperatores exercitus & vrbes deuouebant; huius reli-  
 gionis Maro noster meminit; cum ait, Excessere omnes ady-  
 tis aris que relictis Dijs, quibus imperium hoc steterat, et ibi  
 Ferus omnia suppter agros transtulit, Si quis autem euoca-  
 tionis et deuotionis verba/ quæ pulchra sunt; intelligere  
 cupiat, Macrobius in saturnalibus legat, Confæcto bello/  
 et hostibus superatis/duces exercitus quattuor equis albis  
 curru inaurato iunctis deuecti /Romam triumphantes in-  
 grediebantur; & capite laurea coronato captiuisque cathe-  
 natis præcedentibus/atque senatu præeunte ad iouis opti-  
 mi maximi templum/quod in capitolio erat/ascendebant;  
 et ibi immolato tauro albo domum redibant; vt e Luio/plu-  
 tarcho et alijs colligitur, quod si ouatio e leui prælio vel alia  
 ratione alicui decernebatur, equo albo per urbem vectus Ca-  
 pitolium ascēdebat; & ibi ouem sacrificabat; vnde ouare vt  
 plutarcho & seruioplacet; dictum est; festus tamē a uoce ouā-  
 tem subsequentiū ouare dictum esse putat; milites quoque  
 vt in uita Marcelli Plutarchus author est; in triumpho bouē  
 In-ouatione immolare ouem cōsueuerant Imperatores de-  
 inde uota, vt diximus si quæ susceperant; persoluebant, Ro-  
 mulus etiā, Ceninensibus superatis Ioui ferentio hostis spo-  
 lia dedicauit, huiusque dei templum sedem esse optimis spo-  
 lijs dixit; quæ regibus hostiūque ducibus casis sui exēplo po-  
 steri, ferret, Augustus postea sanxit; vt in aede Martis quā ex-  
 truxerat; Senatus de bellis triūphis que cōsuleret; & vt puin-  
 cias cum imperio petitori hinc deducerentur uoluit que & cō-  
 stituit; vt qui victores redissent, in illā aedē insignia triūpho-  
 rum inferrer, Omnes aut exercituū duces/ qui bene de Ro-  
 mana religione sentiebāt; præscriptā dijs religionē præstas

bant/et qui hanc religionem cōtempserunt: multisque dijs  
 vel aliter quā admonerent: bellū susceperūt: rem nequaquā  
 prospere gesserunt: in qua re nobis Marcus Crassus exēplo  
 fuerit: qui prodigijs et ostentis deorum/ne in parthos duce  
 ret exercitū: admonebat: a carris enim aduersus parthos et  
 ducturo exercitum pullum est traditū paludamentū: quum  
 in praelium exeūtibus albū aut purpureum dari soleret: vn-  
 de moesti & taciti milites ad principia cōuenerunt: neque se  
 cundum vetus institutum cum alacri clamore accurrerunt:  
 insuper aquilarum altera vix tunc conuella a Primipilo pos-  
 tuit: altera egerrime extracta in contrariā quā ferebatur par-  
 tem: se ipsam cōuertit: ipse quoque Crassus quoddā iunonis  
 templū egrediēs filium offenso pede prostratum eodē casu  
 lapsus secutus est: his tamen & alijs neglectis deorum osten-  
 tis ab incepto non destitit: vnde poenas accerrimas dedit:  
 apud parthos enim periit: & filius: ac cum eis multa Roma-  
 norū milia. Pulcher quoque Claudius apud Siciliā nō pascēti-  
 bus in auspiciado pullis/ eos per cōtempnū religiōis mari de-  
 merit: vt biberēt: cū comedere nollēt: deinde praeliū nauale  
 iniit: & superatus est: historiā legenti similia exēpla occurrēt:  
 ob hac etiā sacra belli suscipiendi violata magnā calamitatē  
 vrbī cōtigit se fertur: nā cū Fabius Ambustus legatus ad ca-  
 stra Gallorū missus fuisset: vt p Clusinis obsessis foedera in-  
 ret: & ei ferociter Galli respōdissent: ratus se legatiōis mune-  
 re iā defunctū: vel alia ratiōe sumptis armis pro Clusinis quē-  
 dā Gallū cōtra ius gētū interfecit: quare foeciales Fabiū qui  
 prater fidē/ & belli indicēdi ordinē bellū Gallis intulerat: ip-  
 sis Gallis cōquerētibus dandū suadebāt. Sed hac re neglecta  
 Hostes hi paulopost totā vrbē prater Capitoliū in praedam  
 verterūt: atque vastarūt. Tantā quoque cladē Mācinus cōsul  
 apud numātinis nō accepisset: si pullis in siluā fugientibus  
 credidisset: si voci vt maneret precipiēti obtemperasset: & si  
 alijs deorū ostētis religiōisque paruisset. Disciplina aut aru-

## LIBER SECVNDVS

cum/quorum hæc lex meminit: magna apud veteres fuit: mortem certe multorum prædicebant: vt de Spurina aruspice historici docēt: qui Cæsarem in periculo futurum idibus Martijs prædixit: & cum idus Martiæ adessent: & Cæsar petens senatum Spurinam irridendo idus Martias sine villa sua noxa venisse diceret: Spurina idus venisse/ sed nō præterisse respōdit: vnde illa die Cæsar in senatu occisus est: Ad hos & alios sacerdotes fulgurum: prodigiorumque: & oscinorum: ac portentorum notitiam pertinere hæc lex constituit. et ideo, T. Gracchus duobus anguibus domi comprehensis aruspices conuocauit: qui hoc portentum interpretarentur: illi masculo angue necato, Tiberij mortē: foemina interfecta vxoris Corneliæ obitum portēdī responderunt: et quia ambos liberare nefas erat, Tiberius anguē masculū interficiēdo sibi mortē quā vxori parare maluit. in publicis quoque ethruscorum & Aruspicum disciplinam res ipsa probauit. Nam cum primus regatorum a Graccho comitta habente Scipionem & figulum iterum consules retulisset: & ibidē repente mortuus esset. comitijs nihilominus peractis id ostentum Senatus ad aruspices more solito referendum censuit. qui introducti Gracchum non fuisse iustum comitiarum rogatorem responderūt vnde licet neglecto aruspicum responso ipsi consules iussu Gracchi in prouincias sibi datas profecti fuissent. tamen idem Gracchus postea recordatus quod in creatione aliquas ceremonias omisisset: e prouincia per augures egit quod hac ratione iussu Senatus consules se magistratu abdicauerunt. Et licet Ethrusci Romanos disciplinam docerent: & vndecim fulminum genera ponerent: Romani tamen sacerdotes & aruspices duo ex his tantum diurna et nocturna seruarunt. vt auctor est Plinius

nius diurna que Ioui; nocturna autē Summano ascripserūt.  
 in vniuersum tamen fulgura auctore Sexto Pompeio postu-  
 laria/pestifera/& perentia appellabant: Postularia secun-  
 dum eos votorum; vel sacrificiorum spretam vel omis-  
 sam religionem reposcebant: pestiferis interitus/exilium/vel  
 clades aliqua denunciabatur; quare fulgur ex inscriptione  
 statue Cæsaris Augusti primam nomini litteram auferens/  
 mortem ipsius Augusti Aruspicum responso post centum  
 dies significauit. Perentia vero fulgura superiorum fulgu-  
 rum & prodigiorum significationes perimebant. inter pu-  
 blica quoque & priuata fulmina Plinius discrimen posuit:  
 vt priuata nisi primo matrimonio/vel natali die facta es-  
 sent; non vltra decimum annum portenderent: cum pu-  
 blica quæ in oppidorum deductione non fiebant/væque  
 ad tringinta annos portenderent: hæc flumina/sicut et  
 prodigia/portentaque: vt hac lege continetur: Aruspices  
 & Sacerdotes ex Etrusca disciplina in vrbe procurabant:  
 et rite et tertio decimo anno belli punici hostijs maioris  
 bus non Aruspices: Sed Veturius; & C. Metellus consu-  
 les prodigia; & fulgura quæ tunc euenerant: ex Senatuscō-  
 sulto procurarunt: & supplicationem vnam diem habue-  
 runt. post interpretationem expiabant. expiandæ enim  
 vocis nocturnæ gratiæ: quæ Gallos Romam capturos a  
 luco vestæ monuerat: Sed neglecta fuerat: recuperata Ro-  
 ma a Gallis templum in noua via Aio locutio factum est:  
 Cumque meda fori pars Serui. Hala & L. Gemitiō consu-  
 litibus in immensam altitudinem collapsa esset. et eam re-  
 qua. P. R. plurimum valeret: compleri tantummodo posse  
 Aruspices responderent: Curtius. adolescens vibem

## LIBER SECVNDVS

Romam virtute armisq; precipue excellere interpretatus/ armis ornatus equum conscendit; & se ne res pu. periret/ in specum immisit; pristinumque habitum continuo terra recuperavit; Sed plane quod hæc lex ethurix præcipies docere disciplinam dicit: Tullij atque Valerij sententiam adiuuare videtur; qui Senatum decreuisse dicunt; vt decem principum filij singulis Ethurix populis in disciplinam traderentur: eo quod ethuria de coelo tacta scitissime aia duertebat; ac quid quibusque monstris atque portentis ostenderetur; eadem diligenter interpretabatur. Sed quia me huius legis tedium capit: alias' inquiramus.

NOCTVRNA MVLIERVVM SACRIFICIA NE SVNTO: PRAETER ILLA QVE PRO POPVLO RITE FIENT: NEQ; INITIANTO: NISI (VT ASSOLET) CERERI SACRO GRAECO. SACRM COMMISSVM EST QVOD NEQVE EXPIARI POTERIT: IMPIE COMMISSVM EST; QVOD EXPIARI POTERIT PVBLICE SACERDOTES EXPIANTO. LVDIS PVBLICISQVOD SINE CVRRICVLO ET SINE CERTATIONE CORPORVM FIAT POPVLAREM; LETITIAM IN CANTV/ ET FIDIBVS/ ET TIBIIS MODERANTO: EAMQ; CVM DIVVM HONORF IVNGVNTO. Hæc lex nocturna mulierum sacrificia tollit; vt ipsarum famam multorum oculis lux clara secundum Ciceronem custodiret. Solebant enim noctu certis Dijs solæ mulieres sacrificia facere; quæ hic prohibentur; nisi pro populo vt bonæ deæ/ & alijs fierent. Mos enim apud Romanos fuit; vt quotannis noctu pro salute ipsius populi Romani sacra in ædibus pontificis maximi bonæ deæ fierent sicut apud Plutarchum in vita Tullij & Cæsaris legimus; neque his sacris interesse, viro fas erat; quia ppter Clodium de pollutis sacris accusatus est eo qd domum Cæsaris vbi noctu hæc sacra fiebant Pom

peiam ipsius iulij vxorem amans ingressus est. Carerē quoque more græco venari mulieribus Romanis permissum est; & ne vetustis huius deæ ritibus perita deesset antistes: Sacerdotem Caliphenam Romani a Velia petierunt. Et cā dida vestæ vt author est Valerius; matronæ Cereri sacrificabant; quod Ouidius in meta, ostēdit; dicens, Festa piæ Cæris celebrabāt annua matres; Illa quibus niuea velatæ corpora veste; Primitias frugum dant/spicea certa suarum, Neque a matronis ingētib; peragi sacra Cereris poterant; unde cum post cladem Canensem nulla mulier luctus expers fuisset; sacrum Cæris anniuersarium vt L. iuius scribit; intermissum est; ne tamen ob eandem causam alia quoque sacra desererentur; triginta diebus Senatusconsulto Luctus fuit finitus. Plutarchus etiam Cæri templum quo mulieres sacrificarent manibus Romulum statuisse dicit. Hac Romanorum lege superstitio Valdētium gentis maleficæ damnatur; qui nocturna quædam sacrificia agunt; & ibi lumine extincto libidinem exercent; & vt audio culcūque foeminae nō habito discrimine mater sit/an soror; miscētur. Hac lege etiā mulieres admonentur/ne sancta veneris die templa noctua deūdo se hominum coetui misceant; nam proculdubio aliquot inuitæ; complures libenter tunc pudicitiam prosternunt. Deinceps in lege est; vt ludi publici modeste fiāt; et in deorum honorem/hominumq; delectationem; quod Valerius libro secundo eleganter demonstrat; & Camillus diligēter obseruauit; Gallis enim superatis ludos Capitolinos fieri voluit; eo quod Iuppiter opti. max. suam sedem atque arcem Po. Ro. in re trepida tutatus esset; Collegiumq; ad eam rem ex ijs qui in capitolio atque arce habitaret: Dictator cōstituit Augustum quoque nunciata Clade Variana magnos vouisse ludos Ioui optimo maximo legimus; si rempublicā in meliorem statum vertisset; quod etiam Cimbrico & Marfico bello fuisse factum Suetonius tradit. De ludis precipue

## LIBER SECVNDVS

scenicis hæc lex intelligi debet: hi enim tollendæ pestis gratia qua vrbs laborabat, T. S. potito, et, C. licinio Stolone cõsulibus instituti fuerũt: & sine vllõ certamine ac curriculorum cõminibus et tibijs fiebant: magnæque vim apud audientes varij horum ludorũ soni ciceronis testimonio habebant nam languentes vt affolet incitabant, et excitatos languere faciebant: item animos tum remittebant: tum cõtrahebãt hac ratione non ante ad dimicandũ descendere spartanæ ciuitatis exercitus solebat: quã tibix concentu: et anapesti pedis modulo cohortationis calorem animo traxisset ac vegeto et crebro ictus sono strenue hostem inuadere admonitus esset plura de scenicis ludis quæ ad huius legis faciunt intellectum, apud liuium li. septi. & valerium de institutis antiquis inuenies, hos sicut alios ludos festis diebus fieri Leo contra morem antiquum prohibuit Referamus quasdam alias leges: & bene explicata erit Qui ritum religio.

EXPATRIISRI TIBVS COLVNTO OPTIMA: PRAETER IDAEE MATRIS FAMVLOS. EOSQ VEV IVSTIS DIEBVS: NE QVIS STIPEM COGITO. SACRVM SACROVE COMMENDATVM QVICLEPSEIT/ RAPERITQVE/ PARRICIDA ESTO. PERIVRII POENA DIVINA EXITIVM, HVMANA DEDECVS. INCESTVM PONTIFICES SVPREMO SVPLICIO SANCIVNTO: IMPIVS NE AVDETO PLACARE DONIS IRAM DEORVM SANCTE VOTA REDDVNTO. POENA VIOLATI IVRIS ESTO. QVOCIRCA NE QVIS AGRVM CONSECRATO. AVRI: ARGENTI: EBORIS SACRANDI MODVSESTO. SACRA PRIVATA PER

PETVA MANENTO, DEORVM MANIVM IVRA  
 SANCTA SVNTO; HOS LAETO DATO, DIVOS  
 HABENTO; SVMPTVM IN ILLOS LVCTVM  
 QVE MINVVNTO.

Romani in hac lege sententiam Appollinis Pythij secuti videntur: qui vitte suis est Cicerō; ab atheniensibus cōsultus/ quas potissimum religiones tenerent; eas quas in more maiorū essent; seruan- das respondit; et quum athenienses rursus eum consulētes maiorum morem sapius fuisse mutatum dicerent; e varijs optimum morem esse tenendum respondit: Stipem lex su- stulit; quā ut Tullius ait; animos superstitione implebat; et domos exhauriebat; quod luculenter in sexta satyra iuvena- lis explicat; dum Bellonæ Cybelles; & isidis sacerdotes; ac tu- daeos astrologosque & id genus homines damnat qui aris aut alterius rei habendæ gratia superstitionem inducebant prædicabātque; et ære minuto qualiacūq; somnia vëdebāt famuli dumtaxat Ideæ matris stipem certis diebus cogere poterant. hodie quedam huius legis reliquiæ extant, nam cum æs et pecuniam tum fructus et alia pro alimentis; di- uorum Antonij & Francisci sacerdotes/ aliique id genus ho- mines cogunt; & domos exhauriūt. Sed christi ratione his omnibus libenter Christiani bona largiuntur. At ne alij ho- rum prætextu; ab imperita plæbe pecunias extorqueāt; vel hi falsa prædicādo/ & promittendo/ inauditaque confingē- do; dissimulādo/ asserendo/ & faciendo superstitionem in- ducant; et aurum subtili fallacique ingenio extorqueant; pontificio iure & maxime elementis tertij; & clamētis quin- ti constitutionibus cautum est, ne elemosynarum questio- res nomine suorum coenobiorum petentes admittantur; nisi veras ep̄i aut magni astitit̄s litteras, pea re exhibeāt qua- rū verba tm̄ & nō aliud ipsi populo exponere possint. Deide



## LIBER SECVNDVS.

sacrum raplens / et furans punitur; & præter legē sacrilegus  
 dei nutu dat criminis pœnas. Rex enim Dionisius (vt ceteros  
 omittā) cum Fanū Proserpinæ spoliasset; Ioui olympio  
 magni ponderis aureum amiculum detraxisset; Aesculapio  
 barbā auream demit iussisset; mensas quoque argenteas / atque  
 aureas e Fanis sustulisset; & victorias aureas / paterasq; /  
 et coronas a simulacrorum manibus accepisset; dedecore fi  
 lij pœnas rependit; quas viuus effugerat; nam filius regno  
 pulsus Iudi magister factus est. Sacro quoq; cōmēdatum au  
 ferens sacrilegij pœnas luebat; vt si forte quis Alexandri pe  
 cuniam apud delubrum Solis in Cīcilia depositam furatus  
 fuisset; aut dotem filiarum Clysthenis Iunoni Samiæ credis  
 tam rapuisset. In hoc lex ista Seueri & Anthonini rescripto  
 postea immutata est; quoniam; vt Marcellus iurifcon. refert;  
 Cassio Festo rescripserunt; vt si res priuata in ædem sacram  
 deposita surriperetur; furti actio nō sacrilegij esset; & sacrile  
 gij pœnā debere p̄cōsulē pro qualitate p̄sonæ / & pro rei cōdi  
 tione / temporisq; / ætatis; & sexus vel seuerius vel clāmētius  
 statuere Vlpianus dicit; & admonet; Sacrilegi tamē Pauli rē  
 sponso capite puniuntur. Ast contempta iurisiurādi religio  
 etiam constitutione Alexandri satis deum vltorem habuit.  
 Pontificis vero incestum punire intererat; & ob id delictum  
 grauit̄ olim Vestales puniebantur; sicut apud Plutarchū  
 in vita Numæ legimus. Incestus enim damnata viua ad por  
 tam Collinam in tumulo defodiēbatur; vbi lectus stratus /  
 & lucerna ardens erat; panisque / & aqua in vase / lac / & olei  
 pauca quedam earum rerum / quæ ad victum sunt necessa  
 riæ; ne fame vestalis interiret. De adulterij / incestus / & stu  
 pri punitione complura iureconsulti / imperatores; & ponti  
 fices sub titulo de adulterijs postea constituerunt. Sed hodie  
 multis in locis ista punitiōe carent; & impune fiunt. Quod  
 donis placare deos impij nō audeant. Plato facile credens  
 dum putat; qua enim mente ait deus bona accipiet; cum ne

nemo vir bonus ab improbo se donari velit; sed licet vota reddi; & sancte debeant; vt de Romulo/Posthumio/Marcello/Augusto/& alijs legimus; qui ad eas votas diligenter extruxerunt; & in Aenea comprobatum est; qui interfecto Mezentia vota deorum soluens/trophæū quercum scilicet armis/alijsque exuvijs Mezentij ductis ornatam Marti dedicauit; veruntamen Pontifices ea posse ex causa commutari/& redimi disposuerūt; Et pro voto nuncupatio quis hac lege obligabatur; quod factum Marcelli ostenditur/qui templum nuncupatis votis debitum honoribus virtuti consecrasset dicitur. Sed votum dūtaxat mente conceptum secundum Alexandri Pontificis aliorumque constitutionem quis reddere non cogitur; iuris tamen Pontificij interpretes in hac remore suo dissident. Alia pontifices circa votum non inuicūda constituerunt; quæ causa breuitatis omitto. Voto autem si Vlpiano credideris /patresfamilias puberes obligantur. Sed filijfamilias & seruus sine patris dominusue autoritate non obligantur: Voti quoque obligatio si in dando constitat; ad heredem transit; vt si forte inquit Vlpianus/qui decimam vouit; ante solutionem decesserit; heres ipsius hereditario nomine obstrictus est. Sed an omnia hæc pontificio iure admittantur; ne sim prolixus; omitto; cum & sciri facile possit. Votis aut precibus numina placantur; vt Seruius ait: Quod Virgilius his verbis indicat: Cecidere animi, nec iam amplius armis; Sed votis precibusque iubent exposcere pacem. Siue deas; seu sint diræ; obscenæque volucres. Sed quia frustratam præclaras leges de religione Romani dedissent; nisi feruarentur; ideo voluerunt; vt poena violatæ religionis esset. Cæsaris tamen verbum erat; vt si ius esset violandum; imperij gratia violaretur. Sed & tandem tribus & viginti vulneribus confossus/pœnas iuris ab se violati dedit. Quod aut cuiuslibet religionis violatores; & cõtempores afflicti fuerit; multis probatur exēplis, Tullius em Hostilius/cū Numæ cõmentas

## LIBER SECVNDVS.

rios volueret: sibi quādam occultā solēnia sacrificia Ioui Elicio facta iuenit: nec rite ea iniit: curauit: & iō ira Iouis praua religioe sollicitati fulmie ictus cū domo flagrauit ob irā quoque Iouis Varronē cōsulē apud Cannas cū Carthaginēsisibus dimicasse tā i: felicit̄ icreditū ē: quia ædilis ludos circēses Iouis optimi maximi tēplo faciēs/eximia facie puer̄: Histrionē ad excubias tenēdas posuerat. Ob Herculis quoque detractā religionē: & ei⁹ sacrorū a Potitijs ea obtinētib⁹ ad hūile seruorū ministeriū trāllationē: ip̄i Potitij oēs itra annū ext̄cti sūt: Appius quoque q̄ author, trāllatiōis fuerat: luminibus capt⁹ est. Ab Licinto etiā pōtifice maxio: Virgo vestalis quæ negligēter æternū ignē custodiuerat/flagro admota fuisse dicit̄. & Minutia vestalis ob incestus crimē. S. Lōgo & E. Peto cōsulibus viua sub terrā ad portā collinā defossa ē: Corneliā quoque virginē maximā incest⁹ cā Domitiano defodit iussit. Sed & P. Cælius Cornelius Cethegus & C. Claudius: quia exta patris curio se aris deorū immortalū bellis t̄pibusque diuersis admouerant: Flaminio abire iussi / & coacti fuerūt. Insuper Carthaginē a romanis opp̄ssa Apollo veste aurea nudatus id egisse tradit̄ vt sacrilegi manus iter fragmēta eius abscisæ iuenirent. Sed hæc omittamus: cū passim apud historicos religiōis spectores punitos aut deorū nutu/aut hoim manib⁹ legam⁹. Quasi aut̄ modus argētī/Eboris/vl' auri sacrādi adhibeat: Turb̄ lit⁹ ppulchre enodat: Sed de sacris p̄petuisita differit: vt morte p̄rissimilias eorū memoria nō occideret: sed ijs adiūcta eēt ad quos p̄rissimilias morte pecunia venisset: vñ sacris alligabāt ordine t̄m seruato hīdes: & q̄ t̄m acceperāt: quātū oēs hīdes: & q̄ plurimū e defūcti bonis habuerāt: creditorque & debitor sacris alligabant. Dijs quoque ifernalibus sed i effosa terra veteres sacra faciebāt: At dijs terrestrib⁹ tra: & dijs sup̄is i ædificijs a terra exaltatis: vt Fest⁹ docet: Antiq̄ sacra pegerūt. Manes certe vt superos deos romani colebāt: quapropt̄ eorū iura: vt i hac lege cōtinet̄: sancta eēvoluerūt. Sanctū aut̄ Martiani respōso est: quod ab iniuria hoim defensum atque munitū est: itaque fa

cto & v̄bis apud ātiq̄s iura manū itacta seruabant . vñ sedes  
 & loca deor̄; ifernaliū Virgilius i. vi. aet̄d. describere volēs/  
 hmōi v̄bis veniā pr̄cat; Dñi quibus iperū est aiarū; vmbrae  
 que silētes/ Et chaos; & Phlegeton; loca nocte silētia late. Sit  
 mihi fas audita loqui; sit numine v̄ro Pādere res alta terra; &  
 caligine mersas. Et stygiæ paludis Dñi turare aut fallere num̄  
 men timebāt; vt apud Virgiliū legit; hac rōne cū Phœbus p̄  
 stigiā paludē dare iurasset; quodeūq; munus phætō petiisset;  
 currus i p̄niciē petitos phœtōti denegare/ aut iusturādū reuo  
 care nō potuit; vt Ouid. testis ē. Et cū Iuppit̄ Aenæ naues ser  
 uare p̄ hoc flumē Cybeli p̄mississet; eas ab icēdio quod Tur  
 nus iferebat seruās p̄missa postmodū liberauit . Quod autē  
 factō Manū iura violari nō debeāt : Charon his v̄bis apud  
 Virgiliū alloquēs Aeneā oñdit. Quisquis es armat⁹ qui n̄ra  
 ad flumina tēdis; Fare; age. quid venias; iāq; istinc cōprime  
 gressum Vmbræ; hic locus ē; somni noctisq; soporæ. Corpa  
 viua nefas stygia vectare carina. deinde cōgrit sic eos enūe  
 rās qui Plutonis ædes iuaserit; & violauerit. Nec v̄o Alcide  
 me sum lætatus eūte Accepisse lacu; nec Thesea; Pirithoūq;  
 Dñs q̄q; geniti; atq; iuicti v̄ribus essent. Tartareū ille manu  
 custodē i vincla petiuit; Ipsius a solo regis; traxitq; tremētē.  
 Hi dñam Ditis thalamo deducere adorti. Quare sybilla osiē  
 dēdo Aeneā nō violandi sed vidēdi p̄ris; gr̄a i herebū. iussit;  
 mōstratoq; aureo ramo Proserpinæ sacrato trāsitū obtinuit;  
 sed qm̄ hac poetarū sunt. e iurecōsultor̄; libris ostendā deor̄.  
 Manū iura circa defunctos sc̄ta eē debere. si prius ātiquū fu  
 nerādī ritū itellexerimus. Mos exequiarū teste Seruio apud  
 maiores erat; vt v̄bicūq; quis extictus fuisset; domū suā refer  
 ret; vbi septē referuabat diebus; calidaq; aqua i hoc diē r̄ spa  
 cio abluebat; & vngebat; & p̄ interualla cōclamabat fiebatq;  
 gemitus; vt apud Virgiliū i exequijs Miseni fuisse obseruatū  
 legimus. Et Plinius i naturali histo. hāc dicit esse causam vt  
 mortuū aqua calida abluerentur; & per interualla concla  
 marentur. quod vitalis spiritus plarumque exclusus putare

## LIBER SECVNDVS

tur & homines fallere soleret. Epulum etiā in funere præfer-  
 tim clarissimorum viroꝝ dabatur; cui simile est; quod hoc tē-  
 pore fit; cū in obitu p̄pinquorum pauperes; & necessarios/  
 & sacerdotes/ qui exequijs iterfuerūt; publice pascimus. octa  
 uo autem die cadauer incēdebatur; & nono sepeliebatur; ac  
 reliquiæ in sepulchro cōdebātur. dijsq; manibus carmine/  
 sæpius tamen soluta oratione veteres id monumentum sa-  
 crabāt; dedicabantq; sic Augusto / Misenoꝝ; & alijs fuisse  
 factum constat; & id cuncta ferme Romanorum sepulchra  
 ostendunt. Ludi etiam in honorem mortuorum celebrabā-  
 tur; Hos Cæsari Augustus heres edidit; eoꝝ tempore stella  
 crinita circa vndecimam horam exoriens per septem dies  
 continuos fulsit; creditūq; est/ vt Tranquillus scribit antmā  
 esse Cæsaris in cœlum recepti; & hac de causa in simulachri  
 eius vertice stella additur; vt aliquādo in eiusdem munīma-  
 te vidi. Hos insup ludos Aeneas in quinto Virgilianæ ænel-  
 dos libro patri anchisæ celebrauit. Christiani paulopost obi-  
 tum mortuos humāt; & aliqui post inhumationem nouem  
 diebus parentāt. His relatis doceamus qualiter deorū Ma-  
 gnium iura circa defunctos sancta dicantur. Impr̄mis sine p̄-  
 hibitione cuiuscūq; corpus hominis extra aedes p̄prias defun-  
 cti/ per vicos & oppida quorūlibet/ corū tamen permissu/ do-  
 mum transuehi Seueri edicto; Marcicq; rescripto p̄t. & qui  
 prætextu debiti moriētem perturbat. aut exequias phibet;  
 iustiniani sanctiōe actionem perdit; tantūdem defuncti he-  
 redibus præstat. & tertia bonorum parte publicata; infamia  
 notatur. Sed & ante nouem dies post mortē alicuius paren-  
 tes; aut liberos; agnatos; vel cognatos; aliosue defunctū ali-  
 quo sanguinis gradu attingētes idē princeps cōuenire phibet.  
 Eū aut̄ qui sepulchra defunctoꝝ domos violat; id est qui  
 de sepulchro saxa; v̄ p̄ marmora; v̄ colūnas; aliamue quācūq;  
 materiā aut vēditurus/ aut fabricādī grā aufert. Cōstantinus  
 decem pondo auri fisco inferte iubet; & iudicē id delictum

punire negligētem viginti libras auri praestare fisco compel-  
lit. Praetoris quoque edicto aduersus dolo malo sepulchra vio-  
lantes actio in factū dā : vt et ad quem negociū pertineat;  
quāti ob eam rem aequū esse videbit; cōdēnētur. & ei ad quē  
nō pertineat: centum aureorū actio detur. Ast si violatores  
sepulchrorū ipsa corpora extraxerint; vel ossa eruerit humi-  
liores quidē Pauli sententiā summo afficiuntur supplicio;  
honestiores autem in insulā deportātur; aut relegantur; aut  
in metallum dānantur. Et quod sepulchris extrahere ossa  
nefas sit: Dido apud Virgilium hisce verbis ostendit: Non  
ego cū Danais trofanā excidere gētem Aulide iuravi: clas-  
sem ne ad p̄gama misī; Nec patris Anchisae cineres; manes  
ve reuelli; Cur mea dicta negat duras dimittere in aures. Sed  
et ea quae sepulchrorum sunt; vendi nō possunt; vt iure con-  
sulti tradunt; per hāc quam sancta sint Manium iura satis  
ostendisse arbitror; qui plura iteligere volet; legat cum alios  
tum titulū de sepulchro violato; apud iureconsultos. Quod  
vero in hac lege sequit; vt dij manes in laeto adhibeantur; &  
quod diui sint; poetarum opinione verissimum est; nam he-  
rebum Pluto pro parte sua obtinuit; vt aiunt; cum Iuppiter  
coelum; & Neptunus maria habuissent; quare Euro & Zephi-  
ro apud Virg. iratus Neptunus dixit; non Eolo regi eorum  
imperium pelagi; sauumque tridētem; sed sibi sorte datum.  
Apud inferos quoque sunt tres furiae Megara Tisiphone; &  
Alceto; ac Proserpina Plutonis vxor; & quod Acharon; Co-  
cytus; Styx; Phlegeton; Caron. & Cerberus dij herebi sint  
putādi; Cotta apud Ciceronē de natura deorū probat; & cū  
in inferno plures sedes essent; vt Virgilius somniauit; in no-  
na id est in cāpo Elyio beati erāt; vñ Anchises Aenae in som-  
nijs apparēs dicebat; Non me impia nāq; Tartara habēt; tri-  
stesue vmbrae; sed amœna piorū Consilia. Elysiumque colo  
Quinimmo sicut Seruius super; sexto Aeneidos ait; necesse  
erat; etiā relatorū inter deos; vt Herculis liberi patris Castor

## LIBER SECVNDVS

ris & polucis: apud sferos esse simulachra postremo lex sumptus/luctūq; funeris minuit: Luctus autē funeris| in oratiōe/ qua defunctus laudabatur: cōkursu hoim: & iulatione: lamē tationibusq; cōsistebat: quo circa partē horū Solon suis legibus sustulit: & Pittacus hac rōne quēquā omnino accedere ad funus aliorum vetabat: apud Romanos viri clarissimi ab Bruto primo consule laudari post mortem coeperunt: Brutus enim corpus in foro positum a collega imprimis laudatum traditur: inde vt viri celebres post obitum laudarentur: in cōsuetudinem deductum est. Deinde cū Galli Brēno duce Romanī occupassent: & hinc aliquot receptis pecunijs abire pmississent: neque aurū in publico esset: ex quo pactae mercedis summa Gallis cōsisteret: vt sacro auro abstineretur: Matronae aurum cōtulerūt: quare mulieribus natu grādiōribus Solennis post obitū laudatio cōcessa est: vt apud Liviū/ & Plutarchū in vita Camilli & Caesaris legimus: & saepius ab necessarijs/ interdū ab alijs laudatio referebatur. Autam enim Iuliam defunctā Augustus duodecimum annū agēs pro cōtione laudauit: patrē vero defunctum Tiberius nouē annos natus pro rostris collaudauit Augustū autē in aede dīui Iulij a Tiberio: & pro rostris veteribus a Druso Tiberij filio laudatum accepimus: & cū ipse Caesar Iuliā amitā/ & primus vxorē Cornelīā defūctas e more prostris laudasset: grām/populārēq; beniuolentiā cōtraxit: eo quod hoc facto se virū humanitate & modestia refertū ostēderet: istae quidē laudatiōes: i funere luctū habebāt: sicut eā panā christianorū & Neuiā quae in morte Caesaris/ & Augusti/ aliorūve illustriū viorū decantata fuerūt: quae prop̄ hāc tristitiā & luctū idūcētia hac lege sublata vident: i morte quocq; Caesaris nouus luctus fuit adhibitus: nā veteranorū militū legionarij arma/ & matronae quaedā ornāmēta sua quae gerebāt/ liberorūq; bullas & praetextas Flamine corp⁹ Caesaris cōburēti iniecerūt. Ast funeris sumptus ecūdū marcellū & Vlpianū dicit quicquid cā corpis erogātū

est & sine quo duci funus nō possit: vt vnguētū; lecti stratus; sepulchrū; Carei; rogas quo cremarentur corpa; nā post quā erit bellis longinquis obrutos cognitū est; apud romanos fuisse institutū Plinius tradit; vt cadauera cremarētur. vñ cum Marij cadauer Sylla eruisset; veritus talionē cremari voluit; ante quē in domo Cornelia nemo crematus fuit. ipēsa quoq; peregre mortui/ quae vt corpus pferret; facta est; sumptus funeris appellatiōe venit. Præterea si quid ad corpus custodiēdū vel etiā cōmēdādū/ aut in marmoris & sepulchri inscriptiōe quicquā expositū dicat; sumptus funeris erit. Romani em̄ monumēta carmine iterdū; sed oīone soluta frequētius inscribāt; ius tñ hæ monumētōr; inscriptiōes; ex Alexādi cōstitutiōe; & Vlpiani respōso nō dabāt. Plane ex causa; & tpe/ p dignitateq; & mō facultatū eius qui mortuus est. decernēte magistratu fieri sumptus funeris debet; vt Marcellus Vlpianus; & alij iurecōsulti. sub titulo de religiosis / & sumptibus funerū explicāt. nec volūtate testatoris seruādā putāt; & si res iustā sumptuū rōnē egrediat. Itaq; si aplū monumentū; & in circuitū porticatiōes edificari testator iusserit; ab eius volūta te recedendū erit. de sepultura defunctorum prætor cōplura edicta cōposuit. vt in sepulchrū aut locū purū alterius nemo hoīem mortuū inferret; vt in loco pprio sepulchrū ædificare/ mortuūq; inferre quislibet possit; vt funeris cā sumptū faciens/ eius recuperādi noīe aduersus eū ad quē ea res ptinet; actionē haberet; ne insepulta corpa iacerēt; neue quis alieno funeraret. funus aut̄ is quē decedēs elegerit facere debet qđ si neminē defunctus elegerit. Primo scriptos heredes; deinde neminē scripto herede legitimos/ & cognatos/ bonorumq; possessores secundum ordinem succedendū ea res cōtingit; vt præclare iurecōsulti docent; qui etiā prædicta prætoris edicta diligēter interpretantur; sumptum funeris Solon; vt diximus ante Romanos minuit. De Salijs qui vnam sacrosam speciem habebant; hæc lex nō meminit. eorum officium



## LIEER SECVNDVS

in sacris Dionisius; Livijs; Plutar. & alij plures explicant. E patricijs enim duodecim falios Numa Marti Gradiuo legit; & tunicæ pictæ eis insigne dedit; & super tunicam aheneum pectori tegmen/coelestiaque arma/quæ Ancylia appellabatur; in mēse Martio ferre instituit; ac per vibem canētes carmina cum tripudijs/solēniq; saltatu ire in mēse Martio iussit; & a saltu dicti fuerunt Salij; vt Plutarchus scribit. & hoc Ovi dij carmine probatur; iam dederat salijs a saltu nomina dicta. Armaque/ & ad certos verba canēda modos. Tantæ autem reuerentiæ fuit Saliorum collegium; vt Furius Bibaculus prætor iussu patris sui collegij Saliorum magistri præcedentibus sex littoribus arma Ancylia tulerit; quâuis vacatorem eius officij; vt Valerius scribit; honoris beneficio haberet. neque Africanus hoc sacerdotium capere erubuerit. Plura igitur pro religione sacerdotia Romani constituerunt. At Galli quædam religiosi Druydes/ qui sacra curarēt; tantum habuerunt; & memoriter sacrorum præcepta discerant; neque ea litteris mandare fas erat; ne in vulgus disciplina efferret; & vt memoriæ studerent; nam quæ litteris mādamus; scire vt Cæsar ait; memoriter negligimus; cū ea vtpote scripta ubi opus fuerit/ reperire confidamus. Alia de Gallorum religione Cæsar in cōmētarijs scribit; quæ omitto; eo quod nō Gallorum sed Romanorū religionē inquirō. Retulimus de religione insigniora legū capita; nunc de magistratibus romanorū leges subiungamus; cum auctore Pomponio iura esse in ciuitate parum esset; nisi forent; qui ea reddere possent. & secundum Ciceronem constituta religione magistratus rempublicam maxime continent; nec sine eorum prudentia diligentiaq; ciuitas esse possit.

IVSTA IMPERIA SVNTO. IISQ; VE CIVIS MODESTE AC SINE RECUSATIONE PARETO: MAGISTRATVS NEC OBEDIENTEM ET NOCVVM CIVEM MVLTATA/ VINCVLIS/ VERBERIBVS VE

COERCENTO: NI PAR/ MAIORVE POTESTAS  
 POPVLVSQ VE PROHIBESSIT: AD Q VOS PRO  
 VOCATIO ESTO. CVM MAGISTRATVS IVDICAS  
 SIT/IRROGASSITVE PER POPVLVM MVLCTE  
 POENAE CERTATIO ESTO. Quod par/maiorue po  
 testas prohibens/collegam aut alium magistratum quēquā  
 coercētē vīncat, paulopost/ & in plēbiscitis ostendemus.  
 Et ab iure ciuili & pontificio alienum non est, quibus caue  
 tur: vt duobus iudicibus diuersas sententias proferentibus:  
 illam sequi sententiam debeamus: quae reo fauet, aut in cau  
 sam fauorabilem tendit. Hanc de prouocatione legem pri  
 mo Valerius publicola; deinde viri decem a Solone habue  
 runt. Et cum Marcus Cicero, L. Catilinæ socios in consula  
 tu necasset: a Clodio plēbis Tribuno dies ipsi Ciceroni  
 apud populum dicta est: quod ciues iniussu populi Romani  
 contra leges interfecisset: hac quoque ratione per aliquod  
 tēpus exulauit: Et quod: vt hæc lex cōtinet, populi interfues  
 rit de mulcta a magistratu imposita conquerēte reo cogno  
 scere: apud Liuium in quinto secundi belli punici libro pro  
 batur: vbi cum, SP. &, L. Caruilius tribunus plēbis ducentum  
 milium aëris mulctam, M. Posthumio, dixissent causa eius  
 certandæ per suffragium populus conuenit, præterea Flac  
 co, Martiali Flamini populus Ro. mulctam remisit: quam  
 Crassus consul pon. max. ei si a sacris discessisset: dixerat: vt  
 Cicero in Antoniana vndecima refert. Alia lex vim magis  
 tratum militiam concernentium sic exprimebat:  
 MILITIAE AB EO Q VI IMPERASSIT: PROVOCA  
 TIONE ESTO. Q VODQ VE IS Q VI BELLVM GE  
 RAT: IMPERASSIT: IVS RATVMQ VE ESTO. MI  
 NORES MAGISTRATVS PERITI IURIS PLVRES  
 IN PRAELIA SVNTO. MILITIAE Q VIBVS IVSSI  
 ERVNT IMPERANTO: EORVMQ VL: TRIBVNI  
 SVNTO: DOMI PECVNIAM PVBLICAM CVSTO

## LIBER SECVNDVS

**DIVNTO: VINCULA SONTIVM SERVANTO: CAPI**  
**TALIA VINDICANTO: AES/ ARGENTVM/ AVRVM**  
**VE PVBLICE SIGNANTO: LITES CONTRACTAS**  
**IVDICANTO: Q VODCVMQ VE SENATVS DE**  
**CREVERIT; AGVNTO.** Plures magistratus Romani in  
 exercitu habebant: Primo enim imperatori/consulibus/vel  
 Dictatori cura totius exercitus mādabatur: sub quibus lega  
 ti erāt: vnde cum in iudeos Vespasianus proficisceretur: ins  
 ter legatos Titum maiorem filium assumpsit: hī publice les  
 gebātur: eorumque opera & consilio imperator teste Var  
 rone utebatur. Cæsar bellū in galliā gerēs cōplures legatos hā  
 buit: e quibus cum per insidias duo in Germanorū finibus  
 Titurius & Arnuculeius occisi fuissent: barbam capillumq;  
 summisit: nec ante dempsit: quam sociorum mortem vindic  
 asset. Marius quoque Metelli aduersus Iugurtam facti cons  
 ulis legatus fuit: deinde consul Syllam legatum habuit.  
 Prætor etiam exercitui intererat. & secundum Varronis sen  
 tentiam quod exercitui præiret: hoc nomine dictus est: nam  
 & bellū sæpe gerebat: vt de Marco Termino prætore legimus:  
 cuius contubernio Cæsar prima stipendia fecit: & Aelius p  
 tinax Rhetias & Noricum prætor sub Marco principe ab  
 hostibus vendicauit: Paulus quoq; Aemilius in Hiberiam  
 prætor belli gerēdi gratia cum duodecim littoribus iuit. &  
 Gn. Pontius prætor Allobroges/ qui rebellauerāt/ ad Solo  
 nem domuit. M. etiā Acilio prætori decretus est triūphus: Is  
 q; de rege Anthioco & Aetolis victis triūphauit. Scipio quo  
 que Africanus quarto & vigesimo ætatis anno prætor in Hi  
 spaniā missus: qua die venit: Carthaginē cœpit. & Sempro  
 nius Gracchus pretor Galliā domuit. Interdū nō summam  
 belli curā prætores in arbitrio habebāt: Sed cōsuli/ aut akeri  
 maiore magistratū habētī parebant. Sic. Q. Valerius præ  
 tor cū luctatio Catulo consule bellū in poenos aliquādo gef  
 sit: sic alii cōplures sub maiori magistratu militarūt. Erāt quo

que in praelio Ducenarij/Centuriones; Primipilus; Signiferi; Tribuni; & alij plures magistratus minores a Vegetio diligenter enumerati, inter quos auctore Lúio libro octauo ad vrbe cond. hic ordo erat; vt miles centurionis; Centurio Tribuni; Tribunus legati; legatus consulis; magister equitum dictatoris pareret imperio; Sed ex his omnibus hæc lex magis abũde officium Tribunorum explicat, quorũ duo genera fuisse cõperio; Quidam plæbis tribuni dicti fuerũt; & eos plæbis in môte sacro creare cõepit. hocq; nolle; vt Põponius refert, dicti sunt; quod tũc in tris ptes diuisus erat populus; & e singulis singuli creabãtur; vñ quia Tribunũ suffragto crearetur; de his statim aliquid dõfferemus. Alij Tribuni militũ erãt quorũ duo genera Alconius ponit; nam quidã a cõsule nõ a populo creati solebãt; de quorũ iure/quia Rutulus Ruffus legem tulerat; Ruffuli ac post Rutuli auctore Festo appellati sunt. Postea lege Atilia pp's eos creare poterat; vt in plæbis scitis dicemus; Imperator quoq; vt Vegetius tradit; eos p epistolã creabat; & Tribuni secũdũ eũdem ab iure militibus tribuẽdo dicti fuerũt, horũ officũ erat; vt Vlpianus de re militari tradit; milites in castris cõtinerere; & ad exercitacionẽ perducere; clauẽs portarũ suscipere; Vigiliãs interdũ circuire; frumentationibus cõmilitonũ interesse; frumẽtũ pbare; fraudẽ mensuræ coercere; delicta secũdũ suæ authoritatis modũ castigare; principijs frequẽter itereffe; querelas cõmilitonũ audire; Validinarios ispicere. Aureliani quoq; epistolã apud Vopiscũ iuenio; qua Tribunũ militũ admonet; vt si vult Tribunus esse; imo si vult viuere; manus militũ cõtineat; vt nemo alienũ pullũ rapiat; Quẽ nemo cõtigat; ãnona sua miles contẽtus sit; de prada hostis nõ de lachrimis puicialiũ hẽat; arma sint terfa; ferramẽta samiatã/calciamẽta fortia; vestis noua. eadẽ adhuc ep'sta Aurelian' Tribunũ militũ dare operã hortat. vt veterẽ vestẽ miles excludat; sit pẽdiũ i balteo nõ i põpa habeat torquẽ brachialẽ & anulũ apponat equũ Saginariũ suũ defricet; captũ ial nõ vẽdat; mulum cõturiarũ cõiter cu

## LIBER SECVNDVS

ret; alter alteri quasi seruus obsequat; a medicis gratis curet. Aruspicius nihil det; in hospitij casta se agat; qui litē sece- rit vapulet; Hūc magistratū Catones ambo; Cæsar; Tiberius; Vespasianus; Titusq; & cōplures alij illustres viri gesserūt; vt historici docēt; & sepulchorū veterū inscriptiōe apparet; & ho- rum Tribunorū lex relata potestatē exprimit. Alij Tribuni militum cōsulari potestate comitijs creabātur; quorū origo paulopost. xij. tabulas fuit; & de hīs in plæbiscitis dicemus; fuerunt etiā apud Romanos quidam celerum Tribuni nec non ærarij ab ære militibus tribuendo appellati; De quibus Varro; festus Pompeius; & Fenestella mentionē faciunt. Po- stremo quia hæc lex auri & argenti signandi tribunis dat po- testatem; probatur hoc argumento eam non esse legem. xij. tabularum; quarum tempore nondum signandi auri vel ar- genti vsus in rempublicam venerat; vt ex his quæ in Seruio diximus; deprehendi poterit. nisi dixeris aliud esse dare si- gnandi potestatem; aliud nondum signandi vsū venisse; cū pro tempore futuro signandi potestas dari possit; nam legis est futuris providere negocijs; nunc leges alterius magistra- tus explicemus.

S V N T Q V E A E D I L E S C V R A T O R E S V R B I S /  
 A N N O N E / L V D O R V M Q V E S O L E N N I V M : O L  
 L I S Q V E A D H O N O R I S A M P L I O R I S G R A D V M  
 I S P R I M V S A S C E N S V S E S T O. Hac lege Aedilis cu-  
 rulis dūtaxat officium explicatur; & tamē duo genera Aedis-  
 lium secundum Plutarchum in vita Marij apud Romanos  
 fuerunt; quidam ædiles curules dicebātur. quorum erat offi-  
 cium; vt ex Cicerone li. Verr. vltimo colligitur; Ludos ma-  
 xima cum cerimonia Cereri libero/ liberaque facere; Florā  
 matrem populo plæbique ludorum celebritate placare; lus-  
 dos antiquissimos/ qui prius Romani fuerunt nominati; cū  
 maxima religione Ioui; Iunoni; & Mithæ facere; totius vr-  
 bis curā habere; vt cloacæ; & aqueductus; & quæq; publica

ædificia mūda & integra essent: loca etiā in theatro hi ædiles assignabāt: vt de Serano & Scribonio legitur Dionisius etiam li. antiqui, septimo pertinuisse ad officiū ædilitum scribit: vt curam annonæ forensis/coptæq; cibariorum ac mēsurarum haberēt: vnde Iuuenalis Saty. decima ait. Et de mēsuris ius dicere: vasa minora Frangere/pānosus vacuis ædilis vlubris. Quæ omnia hac lege paucis verbis exprimunt & comprehendūt. Hi etiam ædiles curules edictum de quibusdam causis authore Iustiniano proponebāt: vnde apud iurecōsultos nostros est titulus de ædilio. edicto/ & redhibitoria/ & quāto minoris actione, vbi quoddam eorum edictū a iurisprudētibus primo refert: deinde exponit: hinc est quod legimus, M. Sacurū ædilem iuri reddendo/magis quā muneriendo studuisse. Horum autem edictū iuris honorarij est portio & Aelius Sabinus iuris peritus librum de edicto ædilitum curulium conscripsit. Papinianus quoq; ædilitum curulium potestatem singulari libro complexus est: cuius aliquid in titulo de via publica inuenimus, vt pontem scilicet facerent: vbi cūq; oporteret: curarentq; vt nullus vias foderet/aut in eis construeret aliquid/neg; rixari in vijs/aut stercora proijcere/morticiniacq; vel coria facere permitterent, quædam alia de potestate ædilitū curulium nō cōtemnēda ibidem legūtur, ius quoq; dicēdo sellis curuos pedes habētib; hmōi ædiles vtebantur: a quibus hoc nomen curules habuerunt. Sed ne horum ædilitum curulium omittamus originem dicemus quod apud Litiū de eadēre cōperimus iter plæbē & patricios diu an Lex Licinia admitteret: disceptatū est: tandem in cōcordiam hac cōditione ventum: vt prætura daretur patribus/ & Lex Licinia admitteretur: vnde cū pro hac cōcordia Romani maxime Senatus Ludos honoris deorum immortalium causa esse faciēdos censuissent: recusantibus id munus ædilib; plæbis/acclamatū a patricijs est iuuenibus: se id honoris deorum immortalium causa libenter acturos.

## LIBER SECVNDVS

modo ædiles fierent; quare factum est Senatũs consultum vt  
 duos viros ædiles e patribus Dictator populũ rogaret; vtq;  
 patres authores omnibus etus anni comitijs fieret; quod fa-  
 ctum est; & Q. Capitolinus & P. Cornelius ædilitatem ob-  
 tinuerunt, isq; magistratus deinceps in re pu. māsit & hono-  
 ris ac potestatis incrementum accepit; vt ostendimus. Sed cū  
 indignũ videretur; ædiles curules semper e patribus creati:  
 Primo vt alternis annis e plæbe fierent; cōuentũ est; postea  
 creatio promiscua fuit, omnia tamẽ hæc origo scilicet ædi-  
 lium curuliũ; & alia quæ diximus/ post. xij. tabulas fuerunt;  
 vt e Lũio apparet. Per hũc magistratum ad maiores; vt hac  
 lege continetur; ascensus fiebat. In deferendis porro magis-  
 tratribus ordo quidem seruabat; nam vt Plutarchus in Fla-  
 minio scribit; Tribunatus/ Prætura/ & Aedilitas / mediæ di-  
 gnitates erāt; sicut Q uestura/ & aliæ quædam; & iunioribus  
 tribuebantur; deinde ad maiores dignitates perueniebatur  
 vnde Marius primo tribunatum/ post præturam/ deinde cō-  
 sulatum obtinuit; in petitione enim vtriusq; ædilitatis repul-  
 sam passus est. Sic Cæsari Seuero/ Tiberio/ Marco Ciceroni/  
 & alijs qui magistratus gesserūt; primo quaestura /ædilitas/ &  
 prætura/ deinde consulatus obuenit. Pompeius tamẽ Quæ-  
 stores ex his qui cōsules fuerāt/ creati lege postea constituit.  
 Prædicta cōfirmat quod apud Modestinum & Calistratũ de  
 muneribus & honoribus legimus; vt gradatim honores de-  
 ferrentur/ edicto; & vt a minoribus ad maiores perueniret;  
 epistola Diui Pij ad Titianum fuisse expressum. Plane geren-  
 dorũ honorũ nõ promiscua facultas est/ sed ordo certus huic  
 rei adhibetur; nã neq; maiorẽ magistratũ quisq; nisi minorẽ  
 suscepit; gerere potest; vt Calistratus author est. Alteri ædi-  
 les plæbei erant; qui e plæbe cōstituti fuerūt; vt ædibus præ-  
 essent; in quas sicut Pomponius ait; omnia scita sua plæbs  
 deferrebat. Erant & alijs ædiles ab Iulio Cæsare vt frumento  
 præessent cōstituti; & a Cerere Cereales nominati fuerunt ;

fatis hanc legem explicuimus, aliam de censoribus legem referamus.

CENSORES POPVLI CIVITATES/ SOBOLES/ FAMILIAS/ PECVNIASQ VE CENSENTO: VRBISTEMPLA/ VIAS/ AQ VAS/ AERARIVM/ VECTIGALLIA TVENTO: POPVLIQ VE PARTES IN TRIBVS DISTRIBVNTO: EXINDE PECVNIAS PER CIVITATIS ORDINES PARTIVNTO: EQVITVM PEDITVMQ VE PROLEM DESCRIBVNTO: COELLES ESSE PROHIBENTO: MORES POPVLI REGVNTO: PROBRVM IN SENATV NON RELINQVVNTO. BINI SVNTO: MAGISTRATVM QVINQ VENNIVM HABENTO: RELIQVI MAGISTRATVS ANNI SVNTO: EAQVE POTESTAS SEMPER ESTO, *Liuius Censuræ initium post. xij. tabulas, M. Geganio & Quinto Capitolino consulibus fuisse refert: & multa e prædictis: præterea & causam adinventionæ censuræ dicit: populo enim per multos annos incensodifferri ultra census non poterat: neq; consulibus: quia tot populorum bella imminabant: id negocium agere licebat: quare hic magistratus inuentus est: cui scribarum ministerium & custodia tabularūque cura/ atque arbitrium formulæ censendi datum est. Censura deinde tanto incrementō aucta est: vt morū disciplinaque romane regimen penes eam esset: vt Senatus/ equitūque centuriæ/ decorisque discrimen sub ditione eius magistratus poneretur: vt ius publicorum priuatorumque locorum/ atque vectigalia populi Romani sub nutu atque arbitrio/ Censorum essent: Et cum hunc honorem maiores ciuitatis in ipso principio spreuissent: Papyrium et Sempronium patricios censui agendo Primos censes Populus suffragijs præfecit. Censores autem ab re appellati sunt: Cumque in Caii Iulij Censoris mortui locum, M. Cornellus successus fuisset;*



## LIBER SECVNDVS

et eo lustro Galli Romani cepissent; id esse mali ominis creditum est; & ideo deinceps pro lege obseruatum; Ne vnquã inde mortui locum Censor sufficeretur, insuper censuram omnium magistratum fuisse principem & vniuersæ reipublicæ supremum & perfectissimum habuisse locum Plutarchus in Catone seniore & Aemilio scriptum reliquit; nam senatu remouere immeritos poterat; & principem senatus perscribere/equos auferre/infamia; notare/ censum agere/ Lustrum condere; vtique de nuptijs/de liberorum procreatione/de viuendi ratione & conuiujs Censores diligenter inquirebant; & in quolibet ordine Rom. ciues pro ipsius meritis condigna pœna afficiebant; vt apud Asconium Pedianum reperimus; nam senatores delinquentes; vt retuli; senatu mouebant; Equitibus; si rei erant criminis; publicum equum adimebant; & plabeiorum nomen pro delicto in certura tabulas referebant, vt ararij fierent; & tributum nomine tantum pro capite æs præberent. Alia quoque plura in Censorum arbitrio erant; quæ hac lege non enumerantur; sed hæc censes exercuisse multis comprobatur exëplis; Cornelium enim Ruffinum Fabricius Censor senatu mouit; quod decem pondo vasa argentea perinde ac malo & luxurioso exemplo comparasset. L. etiam Antonium. M. Valerius & Iunius Brutus Censores senatu mouerunt; quod quam virginem in matrimonium duxerat; nullo amicorum in consilium adhibito repudiasset. Et quadringentos iuuenes equis publicis spoliatos Valerius & Sempronius censes in numerum arariorum retulerunt; quia in Sicilia ad munitionum opus explicandum ire iussi/id facere neglexerant; nimis etiam pingui homini & corpulento Censores equum adimere solebant; talem credentes cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis munus non esse idoneum; siue quod culpa non caret; neque Gelijs sententia omnino indefes videatur; qui tantam corporis exuberantiam nactus est. Hos pinguis hoies.

et comatos vt. M. Antonium & Dolobellam sicut Cæsar nō  
 timuit; ita pallentes atque macilentos Brutum videlicet et  
 Cassium verebatur; a quibus tandem occisus est: sunt enim  
 huiusmodi homines ad facinus aliquod promptiores: quā  
 pingues / qui hylares sunt; neque ita frequenter mali aliquid  
 aut insidias excogitant. Camillus quoq; & Posthumius Cen-  
 sores æra poenæ nomine eos qui ad senectutē cœlibes per-  
 uenerant; in ararium deferre iusserunt: cūque aliqui talem  
 constitutionem incusarent; a Censoribus responsum est; na-  
 turam sicut nascendi ita gignendi legem præscribere / & pa-  
 rentes nutriendorum nepotum debito nos alligasse; vnde  
 Plato vxorem a trigesimo anno vsq; ad quintum & trigesi-  
 mum esse ducendam statuit; quod si aliquis nō faceret eum  
 pecunia & probro mulctandum existimauit. similia Censor-  
 iæ potestatis exempla passim in historia leguntur: Censo-  
 res primum quintoquoque anno creari solebāt: vt hac. xij.  
 tab. lege cōtinetur; deinde lege Aemilia annua ac semestris  
 censura esse cœpit. Et in initio patres dumtaxat hunc magi-  
 stratum gerere poterant; id tandem; vt cætera immutatum  
 est; atque indifferēter fieri cœptum. C. que Martius Rutilius  
 primus de plæbe censor factus est. nunc de prætoris officio  
 per pauca videamus.

IVRIS DISCEPTATOR / QVI PRIVATA IVDI-  
 CET / IVDICARIVE IVBEAT : PRAETOR ESTO.  
 IS IVRIS CIVILIS CVSTOS ESTO. HVIC PO-  
 TESTATI PARENTO: QVODCVMQVE SENA-  
 TVS CREVERIT: POPVLVSVE IVSSERIT: TOT  
 SVNTO. Prætoris inuentio post. xij. tabulas fuit; vt e Liviō  
 & alijs didicimus. neque semper est iuris ciuile custos; nam  
 Papiniano authore suis edictis ius ciuile; adiuvat / vel sup-  
 plet / vel corrigit; & hæc prætorum edicta quartam iuris ciu-  
 lis speciem constituunt; de qua abūdē libro tertio dicemus  
 & ibi huius magistratus potestatem describemus. Honore

## LIBER SECVNDVS

inito pro contione prator maiores suos e more commemo-  
rabat; & ideo cum imperante Tiberio quidam prator cons-  
uetudinem antiquam de maioribus suis pro contione me-  
moradis retulisset; ab ipso Tiberio collaudatus est; sicut apud  
Tranquillum legimus, sed tam pergamus ad consulum con-  
stitutionem.

REGIO IMPERIO DVO SVNTO: IQ VE PRAE-  
EVNDO/IVDICANDO/CONSVLENDO/PRAETO  
RES/IVDICES/CONSVLES APPELLANTO: MI-  
LITIAE SVMMVM IVS HABENTO, NEMINI PA-  
RENTO, SALVS POPVLI SVPREMA LEX ESTO.  
Exactis Regibus populus Romanus eorū loco duos quotā-  
nis creavit; qui iudicēs eo quod iudicarent; & secūdam Var-  
ronem consules ab eo quod Senatum populumque consu-  
lerent; vt inde lex vel Senatuscōsultum fieret; appellati sunt.  
Pratores quoq; a praetūdo exercitui hos fuisse nominatos  
idem Varro credidit; nam summum militiāe ius habebant;  
vnde quia hi duo bella administrabant; & pratores dicebā-  
tur; Porta in castris qua exercitus in praeliū educebatur; ab  
his pratoria appellabatur; vt apud Festum legimus; eorum  
quodque tabernaculum pratorium dicebatur. Et pratoria  
cohors/quod a pratore id est consule non discederet; teste  
eodem Festo dicta est; Scipio enim Africanus fortissimum  
quēque/qui ab eo in bello non discederet; & alio militiāe mu-  
nere vacaret; & sexquipler stipendium acciperet; primus de-  
legit, quem alij Romanorū duces in hoc deinde secuti sunt;  
nostra quoque aetate quilibet dux militum Scipionis exem-  
plo fortissimos quosq; in custodiam corporis eligit. Germa-  
norum etiam cohortem olim Caesares ad custodiam corpo-  
ris instituerunt; Sed Galba eam dissoluit; & sine vllō cōmo-  
do in patriam remisit; licet se fidelissimam multis experimē-  
tis ostēdidisset. At Caesar cum longo tempore propter inimicos  
in tutelam corporis hispanos aliquos habuisset; cōfusus

tandem satius esse semel insidias vndiq; imminentes subire, quam cauere semper / prædictas hispanorum custodias; res mouit. Quod deinde hic dicitur: salutem populi supremam esse consulum legem; verissimum est; nam vt Plutar. in vita Ciceronis ait; quando consuli mādabatur ne quid detrimēti res publica pateretur; summam potestatem consul habebat; quam dumtaxat vrbe in extremo versante periculo cōsulibus Romani Senatusconsulto concedebāt; tuncq; sine iussu populi & reiecta prouocatiōe quæ ab eis fieri solebat; ipsi cōsules in facinorosos homines animaduertebāt; Itaq; cum e cōiuratione Catilinæ tota; res publica titubaret; nuntaretq; Tullio consuli hæc potestas data est. qui Senatus decreto Lentulum; Cethegum; & alios cōiurationis catilinæ ræ participes per trisuirōs interfecit. Et propter Apuleij Saturni. tribuni plæbis; & Glauciæ prætoris seditionē; vt darent operā consules; ne quid res publica detrimēti caperet; mādatum est; quare Marius Senatuscōsulto armatus; hos seditiosos in capitoliū persecutus obsedit; & in deditiōe accepit; sed deditis nō fuit seruata fides; nam Glauciæ fracta est ceruix; & Apuleius cū in curiā fugisset; lapidibus & tegulis de super interceptus est. Simili quoque per senatuscōsultū data potestate cōsuli occisus est cum liberis. M. Fuluius cōsularis. Et de prædicta cōsulū potestate; quæ senatuscōsulto dabatur. complur. Cicero pro milo. in Catil. & v. philip. dicit. Hic magistratus; nemini presertim in bello parebat; sed eius mandata omnes seruabant; adeo quod Modestinus de re militari tradit; eos qui in bello rē a duce prohibita fecerant; aut ducis mandata non seruabant; etiam re bene gesta capite punitos fuisse; & irreuerens miles non tantum a tribuno; vel cēturiōe; sed etiā a principe Martiani respōso coercendus erat; et si quis officiū ducis exercitus; et potestatē in milites; intelligere velit; nōs adeat iurecōsultos; qui vno titulo hanc

## LIBER SECVNDVS.

rem præclare explicant. Nolim tamen ignores seuerè Romanos duces siue consules siue alij fuerint; disciplinam militarem exercuisse; & ideo tot victorijs claruisse. Cornelius enim Scipio consul Numantiam incendijs runisq; afflictam solo æquasse dicitur: statim quam insitiores/lixas/duos scortorum milia/& alia voluptatis causa comparata/edicto a castris eiecisset. Posthumius vero dictator/Manliusque Torquatus consul disciplinam militarem seuerè in filios exercuerunt; huius em̄ iussu, M. Torquatus filius occisus traditur; quia se inscio a Mætio Tusculanorum duce prouocatus ad dimicandum descenderat; a Posthumio autem An. Posthumius filius occidi iussus est; eo quod sponte non suo iussu præsidio progressus hostes fuderat. Fulvium etiam fratrem quia cohortem legionis in qua tribunus militum erat; iniussu consulis dimiserat. F. Flaccus censor senatu amouit. et cum Ticius equitum præfectus/hostium multitudine circumuentus his arma tradidisset; a. L. Calphurnio consule hac ignominia affectus est; vt toga lasciujs abscissis amictus/discinctaque tunica indutus/nudis pedibus a mane in noctem vsque ad principia per omne tempus militiæ adesset; vt cõuictu hominum vsuque balnearum abstineret; Turmas quoque equitum; quibus hic præfuerat; equis adæptis infunditorum alas idem consul transcripsit. Sed his omissis quæ passim in historia leguntur. Altam legem referamus.

**EVNDEM MAGISTRATVM (NI INTERFVERINT DECEM ANNIS) NE Q VIS CAPITO. AEVITATEM ANNALI LEGE SERVANTO.** Diocletianus imperator post hanc legem magistratum repetitionem etiam prohibuit; cum negocia publicæ disciplinæ semel gesta eius iudicio sufficere debeant. Quod si quispiam denuo ad eundem honorem rediret/eū teneri lege iulia de ambitu voluit; Sed an semper hæc lex, xij. tabu. seruata fuerit; in præbiscitis di-

cemus: & cum annalis seu annaria lex teste Festo annos  
 magistratus capiendi finiret; eam habere Senij considera-  
 tionem hæc constitutio voluit. Sed vt exitum huius rei ha-  
 beamus; cum de honoribus siue muneribus gerendis quæ-  
 ritur: Imprimis considerata est persona eius/ cui honor si-  
 ue muneris administratio defertur; vt Calistratus de honori-  
 bus refert, nam rescripto Diui Marci ad munera & honores  
 idonei tantum admitti debent; Insuper origo natalium/ fa-  
 cultates quoque/ an sufficere iniuncto muneri possint; con-  
 siderari debent. Præterea lex secundum quam muneribus  
 quisque fungi debeat; seruanda est, nam certus ordo in gerē-  
 dis honoribus adhibitus est; vt scilicet gradatim secundum  
 edictum honores deferantur; & vt ex epistola Diui Pij ad Ti-  
 cianum a minoribus ad maiores perueniatur: & vt nemo  
 continuare honores possit: sicut hac lege & alijs posteriori-  
 bus exprimitur; si tamen non sunt alij idonei/ qui honores  
 gerant: eosdem esse compellendos qui gesserunt: cum alijs  
 constitutionibus/ tum Adriani rescripto cautum est, aliter  
 honorem repetēs e Diocletiani sanctione/ vt relatū est/ pœ-  
 na legis iuliæ de ambitu mulctatur, huic tamē. xij. tabu. legi/  
 quæ eūdem magistratum capere ante decēnium vetat: Gor-  
 elianus derogasse videtur cū ab honoribus ad eosdem hono-  
 res quinquēnij; ad alios vero triēnij vacationē dedit; & cum  
 legatione perfunctis biēnij excusationē/ & vacationem cō-  
 cessit. Et forte his legibus magistratuum cōtinuatio prohibe-  
 batur: ne frequēti repetitione honorum occasio cuiquam  
 rempu. occupādi/ & perpetuo iniusteq; gubernādi/ aut in eā  
 machinandi daretur: quod sensisse Iustinianus in' defensor  
 reciuittatis videtur: & ideo Fabius maximus cum a se quin-  
 quies/ & a patre/ auo/ proauo/ maioribusq; suis sapenūero  
 cōsulatum fuisse gestum animaduerneret: summocq; omnium  
 consensu filius eius consul crearetur: cum populo egit: vt ali-  
 quando vacationem huius honoris genti Fabiæ daret: ne

## LIBER SECVNDVS

maximum imperium in vna familia continuaretur .Q. quoque Ceicinatium propter has leges recusasse continuationem consulatus legimus, Sed & cum M. Rutillium populus Censorem iterum creasset: ab eodem grauissima oratione correctus fuit populus: quod eam potestatem/ cuius utpote nimis magnæ maiores tempus coartandum iudicassent: hīs sibi detulisset, Laudandus est etiam superior Africanus/ qui continuum consulatum / perpetuumque dictaturam sibi plæbiscito dari aut Senatufcōsulto decerni/ ne hæc iura infringeret: passus nō est, Ast Cæsar & Sylla perpetuos honores/ quia non offerebantur/ sua autoritate contra has leges arripuerunt, Postremo in omni ætate geri magistratus non possunt: ad rempublicam enim administrandam/ vel honore ante quintum & vigesimum annum Vlpiani re sponso admitti quenquam non oportet: de quo paulo post, in annaria lege satis abunde dicemus, neque magna senectute affecto magistratus deferri debent, ut cūque fuerit agens septuagesimū annum/ in nmo quinque & septuaginta annos excedēs/ ab honoribus delatis secundum Papiniani & Vlpiani responsa non excusatur, quod in Mario seruatum legitur: qui annos quasi septuaginta natus, septimum consulatum gessit, his peractis alterius magistratus potestatem describamus.

AST SI Q VANDO DVELLVM GRAVIVS/ DISCORDIAE CIVIVM ESTVNTO: NEC AMPLIVS SEX MENSES / SI SENATVSCREAVERT / IDEM IVRIS Q VOD DVO CONSVLES TENENTO: ISQ; AVE SINISTRA DICTVS POPVLI MAGISTER ESTO: AEQ; VITATEM Q VICVMQ; VE REGAT HABETO.

PARI IVRE CVM EO Q VICVNQ VE ERIT IURIS  
DISCEPTATOR .AST Q VANDO CONSVLIS EST  
MAGISTRATVS VE POPVLI:NEC RELIQ VI MA

GISTRATVS NE SVNTO. Dictaturā Cicero hic describere videt̄ : omnia em̄ pauloāte relata Dictaturæ cōueniūt: nam vt ait Pomponius cum crebra orirentur bella/& quædam a finitimis acriora inferrentur/re exigente Dictatores interdum creati sunt, a quibus nec ius prouocandi fuit capitis quoque animaduersio eis data est. Sed hunc magistratū quia summam potestatem habebat : vltra sextum mensē retinere fas non erat. Licet Iulius & Sylla hoc non seruaerint. Dictatoribus magistri equitum/ sicut regibus Tribuni celerum/& principibus pratorio præfecti: iungebantur: & secundam post eos potestatem gerebant: vt Aurelius de officio præfecti pratorio. scribit. quod Iuuenalis Saty. octaua etiam his verbis ostendit. Quis fructus generis tabula iactare capaci Famosos, equitū cum dictatore magistros. Et quia summum ius sumāq; potestatem Dictator in populū habebat: magister populī authore Fenestella et Varrone cognominatus est: quod & hac lege p̄batur. Sic magister equitum/quod summa huius potestas in equites & accessos erat/ appellatus est. Neque a populo/ aut senatu dictator deligi poterat: sed a consule sinistra idest prospera aue dicebatur: vnde hac tatione dictatorem sic appellatum Varro & Plutarcus in Marcello crediderunt: eo tēpore tamen quo Veientes Romanos clade & ignominia affecerunt: Augures consulti eam religionem secundum Liuium exemere: vt Tribunus militum. A . Cornelius Dictatorem diceret. quod fecit: nam Mamercum Aemilium Dictatorem dixit : & ipse Cornelius ab Aemilio magister equitum dictus est.



LIBER SECVNDVS

Nec ab re prospera aue dici solitum Dictatorem supra retuli nam a uipiciū aduersum Dictaturam suscipere prohibebat: & dimittere susceptam cogebat: occentus enim Soricis auiditus. F. Maximo Dictaturam: & Flaminio magisteriū equitum deponēdi causam præbuit: ut apud Valeriū Legimus. Lege insuper cautum fuisse Liuius dicit: ut ad dictaturā consulares dūtaxat legerentur: quod & ante. xij. tab. in creatiōe primi dictatoris seruatum est. T. enim Largius dictator primus longe ante. xij. tab. delectus cōsularis erat: primus magister equitum. SP. Cassius fuit: a T. Largio primo dictatore creatus. Designato quoq; dictatore omnes magistratus excepto Tribunatu suam auctoritatem amittebant: ut apud Plutarchum in Fabio legitur. Mos etiam si Liuis credimus: erat Dictatorem noctu sub silētiō dici. Sic de. L. Papyrio & alijs dictatoribus factū inuenio. Sed alias leges psequamur.

REIPUBLICAE AVSPICIA PATRVM SVNT: ILLI QVE EX SE PRODVTO QVI COMICIIS CREARE CONSULES RITE POSSINT. IMPERIA. POTESTATES. LEGATIONES. CVM SENATVS CREAUERIT: POPVLVSVE IVSSERIT: EX VRBE EXEUNTO. DVELLA IVSTA IVSTE GERVNT: SOCIIS PARCVNT: SE ET SERVOS CONTINENT: POPVLI SVIGLORIAM AVGENTO: DOMVM CVM LAVDE REDEVNT: REI SVAE ERGO NE QVIS LEGATVS ESTO. Quia auspicia patrum erant & ea nemo plæbeius habebat: ideo inter patres & plæbeios Decemviri cōnubium diremerunt: Ne incerta prole auspicia turbarent. ut infra post Titū Liuiū satis abūde dicemus. Quod deiceps in hac lege dicitur: debere consules e patribus in comitijs creari. Licinio plæbiscito immutatum est: quo plæbs ad consularum admīssā fertur. Nec etiam semper obseruatū est: ut iussu senatus & populi imperia & potestates ex vrbe exissent: quoniam frequenter sola populi auctoritate aut senas

tus imperia dabantur: lege enim vatinia Galliam cisalpinam  
 illyrico adiecto Cæsar accepit: mox per senatum Comatam  
 quoque habuit. cum vererentur patres: ne eam ipsis neganti-  
 bus etiam populus daret. Gabinia vero lege contra pyratas  
 et Manlia aduersus Mitridatem Pompeio magno inuitis pa-  
 tribus bellum gerere concessum est. Inuitis quoque patribus  
 presertim Catone. C. Trebonius legem de prouincijs con-  
 sularibus tulit: vt Hispaniam Africamque / Siriam & ægyptum  
 Crassus & Pompeius consules haberent. Bella ita demum  
 iuste apud Romanos gerebantur: si fœcialium autoritas /  
 & alia quæ in religionis lege diximus: obseruabantur. Nul-  
 lum porro bellum vt Cicero in officijs ait: iustum erat: nisi  
 quod aut repetitis rebus gerebatur / aut a fœciali denuncia-  
 tum & indictum ante fuerat. Tanta insuper in bello apud  
 Romanos erat obseruatio: vt sacramento aliquo solutis /  
 aut his qui milites non essent: ius esse pugnandi cum hoste  
 negauerint: vnde cum Pompilius imperator: vt Tullius refert:  
 vnam legionem / & Catonis filium / qui in ea militabat: dimisit  
 fet. Sed amore pugnandi Catonis filius in exercitu reman-  
 sisset: Cato pater ad Pompilium scripsit: vti si filium reman-  
 nere in exercitu pateretur: Secundo militiae sacramento eum  
 obligaret: quia priore amisso iure cum hostibus pugnare  
 non poterat. Marcus quoque Catonis senis ad Marcum filium  
 extabat epistola: in qua eum utpote a consule bellum persi-  
 cum gerente dimissum / monebat: vt prælium cum miles esse  
 desisset: inire caueret. Cæsar in obsequiis expeditionibus reli-  
 gionem & ostenta deorum neglexit: profecturus enim in  
 iubam & Scipionem hostiæ immolande fuga neque absterri-  
 tus aut retardatus est: quinimmo negocium profectus cum  
 nauim exeundo qua vectus erat: postea lapsus esset: se bonum  
 omen Aruspicibus contrarium sentientibus accepisse dixit:  
 neque etiam propter id omen ab incepto destitit: sed et ho-  
 stes superauit. Alioquin bella iusta vt pote socios iuuando /

## LIBER SECVNDVS.

Idem Cæsar gerebat; Heduis enim socijs cum Heluetijs in Galliam erumpentes eos premerent; suppetias tulit; Aegyptum quoque prouinciam plæbiscito obtinere per partem tribunorum tentauit; hanc extraordinarij imperij occasio nem nactus; vt Alexandrinū regem socium atque amicū a senatu appellatum/ quem ciues sui expulerant; iuuaret; & reduceret. Sed aduersante optimatum factione quod petebat nō obtinuit, & cū Saguntū Romanis fœdere coniunctū Hānibal obsideret; Carthaginē Romani legatos miserūt; ne Saguntinis Romanorum socijs Hānibal iniuriam inferret; Sed id non profuit; quoniam ipse Hānibal Saguntum euerst. Cæsar etiam iuxta huius legis autoritatem socijs desciscētibus saepe pepercit; vt de Heduis & alijs legitmus. Bellum autem suscipiendum Augustus omnino negabat; nisi cum maior emolumentis spes/ quam damni metus ostenderetur; nam minima comoda non minimo sectantes discriminē; vt Tranquillus scribit; aureo hamo piscantibus similes esse aiebat; cuius abrupti damnū nulla captura pensari posset. Insuper festinationem temeritatemque non bene Duci perfecto conuenire idem Augustus arbitrabatur; nam sat celesriter fieri credebat; quicquid satis bene fiebat. Cæsar tamen extremo dumtaxat tempore quo sapius vicisset; cunctatior ad dimicandum factus est; ne longo tempore parta breuis hora & calamitas auferret. Scipio quoque Africanus in re militari dicere non putaram/ turpe esse dicebat; quia explorato & excusso consilio agenda ferro administrare etis sententia oportebat; cum emedatione careat error/ qui violentiæ Martis committitur; idem cum hoste confligere dissuadebat; nisi occasio obuenisset; aut necessitas insidisset; nam prospere rei gerendæ facultatem omittere maxima est dementia; vt Valerius ait; & in angustias pugrandi com

pulum & deductum se praelio abstinere pestifere ignaviae affert exitum, ob eam causam tamen suscipienda esse bella Cicero credidit; ut sine iniuria in pace viuatur: parta autem victoria hos esse conseruandos dicit; qui nec crudeles/ nec immanes in bello fuerunt; quod a Romanis factum est; qui Tusculanos/ Equos/ volcos/ Sabinos/ Bernicos praelio victos non solum conseruarunt; sed etiam in ciuitatem acceperunt. At Carthaginem & Numantiam perfidas ipsi Romani funditus sustulerunt. In alio quoque Romani duces iuste bella gesserunt; & iusticiam coluerunt; nam hi qui ciuitates aut nationes bello deuictas in fidem capiebant; earum patroni more maiorum erant; ut a Cicerone/ & alijs memoriae traditum est. & ideo Paulus Aemilius non solum in victoria mitem & humanum se erga Macedones/ Hiberos/ & Ligures praestitit; sed in omni etiam vita eos tutatus est; & veluti pro domesticis ac necessarijs habuit; sicut apud Plutarchum legitur. Duces vero exercitus post confectum bellum cum laude triumphantes domum redibant. Et sicut Legatus in re propria quis esse non potest; Sic iudex/ arbiter aut testis/ nullus ut Constantinus/ Martianus/ & Pomponius scribunt; in re propria admittitur; immo antequam legationis officio functus sit; nihil in rem suam legatus Pauli responso agere potest. exceptis his quae ad eius iniuriam vel damnum peracta sunt. complura alia legationum praecipua sequentes Legumlatores Iureconsulti/ & Imperatores vno titulo de legationibus explicuerunt. inter quae illud est; quod huic legi accommodatur. & Honorius constituit; ut ciuium voluntate; & illius qui urbi praest; autoritate legati proficiantur. nunc placet vim Tribunorum plaebis referre.

## LIBER SECVNDVS

PLAEBIS Q VOS PRO SE CONTRA VIM AV-  
XILII ERGO DECEM CREASSIT. TRIBVNI  
EIVS SVNTO: Q VODQ VE HI PROHIBESSINT:  
Q VDO VE PLAEBEM ROGASSINT: RATVM  
ESTO: SANCTIQ VE SVNTO: NEVE PLAEB-  
BEM ORBAM TRIBVNIS RELINQ VVNTO. Hac  
lege pteftas Tribunorum plæbis aperte ostenditur; quæ pro-  
culdubio magna fuit; ad eorum interrogationem plæbis se-  
cundam iuris ciuilibus speciem constituit; quod plæbiscitum  
appellatur; de quo & tribunis paulopost abunde dicemus.  
nunc volo/hoc solum intelligas/quod Tribunatus hîc dari  
plæbeis tâtu solebat; & ideo, P. Clodius e nobilissima Clau-  
ditorum gente plæbeio homini adoptandum se dedit; quo  
tribunatum plæbis nactus in Ciceronem / qui aduersus eū  
de pollutis sacris accusatum testimonium dixerat; fauere  
posset; nihilominus cum Tullius ab exilio reuersus tabulas  
a Clodio fixas/in quibus res gestæ in Tribunatu continebā-  
tur; vi perfregisset; & ideo in senatu accusaretur/quod tabu-  
las Tribunitias sustulisset; negauit ipse. Clodium; utpote  
patricium secundum leges fuisse tribunum; nam Pauli testi-  
monio per adoptionem dignitas non minuitur, vnde a plæ-  
beio ait/senator adoptatus/senator manet, hunc magistrat-  
um tamen patricij vt, M. Antonius; Duronius; Cato; Tiber-  
rius; Marius; & complures alij gesserunt, quod Gellius Ati-  
mio plæbiscito permissum fuisse libro quartodecimo scribit.  
Alia lex senatus potestatem sic explicabat,

OMNES MAGISTRATVS AVSPICIVM, IVDICIVM  
Q VE HABENTO: EXQ VE IIS SENATVS ESTO:  
EIVS DECRETA RATA SVNTO: AST SI PŌ  
TESTAS PAR MAIORVE PROHIBET/ SENATVS  
CONSVLTA PRAESCRIPTA SERVANTO: IS ORDO  
VITIO VACATO: CAETERIS SPECIMEN ESTO.

Per hanc legem omnibus magistratibus iudicia dantur; vt esset populi potestas/ad quam; vt ait Cicero; prouocaretur. Auspicia quoque omnibus magistratibus conceduntur; vt multos comitatus inutiles morae probabiles impedirent; auspicijs enim iniustum populi impetum saepe dii immortales represserunt; & vt ex multis exemplis/quaedam referam Vrbe a Gallis deleta deliberantibus patribus vtrum Veios migrarent/an sua moenia restituerent; forte tunc redeuntibus e praesidio cohortibus Centurio vt signifer signum staret/& quod optime ibi manerent; in comitio exclamauit; hoc Auspicio a Dijs accepto senatus e vestigio transeundi Veios consilium omisit; vt Valerius author est: Deioratus quoque rex omnia fere auspicato gerens/ab quodam itinere proposito volatu aquilae monitus redijt: qua re secum bene actum est; quoniam id tectum vbi si ire perrexisset. manifestus erat/proxima nocte ruina solo aequantum est, sed sicuti auspicijs parentibus bene successit; ita cum ea negligentibus male actum est; Flaminius enim consul se & exercitum apud lacum Trasimenum perdidit; & Crasso post magnam Romanorum stragem a Parthis vita erepta est: quia prodigijs pugnare prohibentibus non paruerunt. Caesar quoque si hostijs malum portedentibus/& ingredi senatum Idibus Martijs prohibentibus obtemperasset; occisus illa die non fuisset. Ordo Senatorius cuius haec lex meminit a Romulo institutus est/centum enim senatores quorum vteretur consilio/delegit. Tullus deinde Hostilius populo Albano Romam traducto/ex eius patricijs ordinem senatorum suppleuit; postea Tarquinius priscus Senatus maiestatem centum viris ampliauit; Ast Tarquinius Ille superbus clariorem partem Senatus morte et exilio perdidit. mox exactis regibus Senatus caedibus regis diminutus a Bruto primo consule restitutus est; Primoribus enim equestris gradus electis ad trecentorum summam patrum numerum expleuit. hi autem

## LIBER SECVNDVS

a Bruto additi patres conscripti appellati sunt; vnde in senatum vocabantur/qui patres/ quique conscripti erāt: vt apud L. Iuuium & alios legimus. Cæsar longe post senatum suppleuit: & multos tum ciuis tum externos præter delectum/ sed magis per gratiam senatoria dignitate donauit; vnde peregrinis & Gallis & alijs in senatum allectis libellus propositus est/ suadens ne quis senatori nouo curiam mōstrare vellet; post necem quoq; Cæsar's tot in senatum per gratiam & præmium allecti sunt; vt super mille Senatores essent. Sed ad modum pristinum & splendorem eos Augustus tandem redegit; & vt lecti probatique religiosus & minore molestia senatorio munere fungerētur; quemq; thure & mero priuicq; consideret; apud aram eius dei in cuius templo coiretur; supplicare constituit; & ne plus quā bis in mense calendis scilicet & idibus legitimus senatus ageretur; sanxit; sibi tamē cōsilia sortiri semestria instituit; cū quibus de negocijs ad frequentem senatum referendis; ante tractaret; Septēbri Octobriq; mense tm̄ sorte ductos/ per quorū numerū confici decreta possent; debere adesse decreuit. Is ordo iudiciū auspiciūq; Sicut magistratus habebat; nā qui Senatum habiturus erat; prius immolare hostiam/ Auspicariq; secūdum Gellium debebat; quod a Cæsarē fuisse obseruatum cōperimus; qui idibus Martijs senatū habiturus plures hostias cæcidit. Sed cum litare non posset; sprete religione curiam introiit; vbi statim occisus est. Senatus decreta vsque adeo rata fuerunt; vt tertiam iuris ciuili's partem cōstituerint; porro eius decreta ciues sine molestia seruabāt; vbi ipse Senatorius ordo vitio carebat; & cæteris specimē erat; nā vt præclare Tullius ait; qualescūq; summi ciuitatis viri fuerint/ talis ciuitas erit; & quæcūq; mutatio morū in principibus extiterit/ eadē in populo sequet; si em̄ principes bello/ luxuria/ conuiujs/ venationi intēdāt; his populus vacabit; si virtutē colāt; hanc amplectentur omnes; nobiliū em̄ mutato victu/ ciuitatū mo-

res mutatur: unde perniciosius de republica vitiosi principes mereretur / quod non solum ipsi vitia concipiunt: sed etiam ea in civitatem infundunt: plusque exemplo / quam peccato nocent: Eapropter Cicero, L. Lucullum virum magnam reprehensione dignum existimavit: cui cum magnificentia villae tusculanae obiecta esset duos se habere vicinos superiorem equitem Romanum / inferiorem libertinum: respondit: quorum cum villae magnificentiae essent / concedi sibi oportere dixit: quod his qui inferioris ordinis essent: liceret: nam ait Cicero ab ipso Lucullo natum est: ut illi inciperent, quibus non licuisset: si Lucullus non fecisset: quilibet enim eorum libidines fregisset, si illi qui eas frangere deberent: eisdem non tenerentur. Nostri ita que senatoribus omnes morem gerent: & parebunt: eorum que decreta libenter / & sine molestia servabunt: emendabuntur / & corrigentur: si vicis quae reprehendunt ipsi senatores careant: & virtuti studeant: sintque continentes. Praeterea cum Senatus habebatur: de rebus divinis priusquam humanis ad senatum teste Gellio referendum erat. intercedendumque / ne senatus consultum fieret / ius is solis fuisse idem Gellius tradit: qui eadem maiori ve potestate essent / quam senatus consultum facere volentes. Per quos autem senatus apud Romanos haberi solebat: paulo post & in senatus consultis dicemus. Multa alia de senatoribus posteriores legumatores praesertim iuriconsulti dixerunt. quae referre superfluum esset. Quare ad populi suffragium veniamus. **CREATIO MAGISTRATVVM: IVDICIA POPVLI: IVSSA: VETITA: CVM SVFFRAGIO CONSCISCENTVR: OPTIMATIBVS NOTA: PLAEBI LIBERA SVNTO.** Lex relata de suffragiis scripta est: quam rem ut abunde enarremus, primordium attingere oportet. Imprimis viri in suffragium eadem vi / eodemque iure a Romulo permiscue omnibus tribubus datum est. quod non omnes ceteri reges servarunt: nam Servius auctore Livio classibus / cen-



turijque constitutis/gradus fecit;vt neq; exclusus suffragio  
 quisquam videretur;& vis omnis penes primores ciuitati  
 esset;nam omnes centuriæ ad ferenda suffragia in campum  
 Martiũ ibant;& tamen penes primores ciuitatis vis suffra-  
 giorum erat;quotiens non variabant;vt etiam ex Dionisio  
 Alicarnaseo in libro septimo colligitur,Primo enim ad suf-  
 fragium secũdũ Seruij constitutionem equites; deinde octa-  
 ginta prime classis centuriæ peditum vocabant;& si ibi va-  
 riatũ esset;quod raro incidebat;secũdæ classis centuriæ;& re-  
 liquæ deinceps si opus erat;vocabantur;nec fere vnq; suffra-  
 gĩa ita infra descendebant;vt ad infimam classem perueni-  
 retur,obseruatum etiam in suffragijs comperio;vt vbi pri-  
 mum vltra dimidium ventũ erat;statim negotio finis impo-  
 neretur;quam rem Ti.Gracchus ostendit;nam cum is legẽ  
 Agrariam ferre vellet,Octauiusq; collega diu intercessisset;  
 de eius abrogatione ad populum tulit;& tribus quinq; & tri-  
 ginta;quæ tot illo tempore erant; ire in suffragiũ iussit;qua-  
 rum cũ decem & septem iam Octauium abrogassent; vnq;  
 cũtaxat ad rem perficiendam restaret;parũper sistere iubẽs  
 collegam Octauium/vt ab intercessione desistere vellet;ne  
 ue sibi hanc notam inferri pateretur;iterũ & obnixè roga-  
 uit;sed eo respondente;vt quod vellet;Gracchus exequeret  
 suffragio procedente magistratu ipse Octauius summotus  
 est,iure tamen posteriori/quo nũc vtimur/licet in omnibus  
 regulariter quod maior pars efficit/pro eo habeatur /ac si  
 omnes egerint;vt Scaeuola/Vlpianus/Alexander/Innocen-  
 ti.& alij dicũt;tamen omnes ad quos negociũ spectat/au-  
 diri nec negligi debent;vt Paulus/Vlpianus/Celsus/Pom-  
 ponius/Bonifacius/Alijq; pontifices & iurecõsulti de arbi-  
 tris/& re iudicata/alijq; locis constituerũt,Per hæc suffragia  
 ædilitas/prætura/Tribunatus plæbis/censura/consulatus/  
 Quæstura/Tribunatus militum pro consulari potestate;&  
 alij plures magistratus mandabantur;vt in hac. xij. tab. lege

continetur; militum tamen tribuni/qui in exercitu erant/ & Dictatores/ magistrive equitum/ & quidam alij magistratus suffragio populi. nō creabantur: vt supra dictum est. Sacerdotia quoque a collegijs non populo dabantur: sed postea ius sacerdotum subrogandorum, Gn. Domitius in tribuna tu a collegijs ad populum transfult: vt a Tranquilio in vita Neronis memoria traditum est. quoddam tamen apud Romanos genus sacerdotij erat/ quod neque sacris locis additum erat/ neque a republica/ aut a principe/ aut a collegijs pontificum/ vel aliorum sacerdotū conferebatur: sed ædis aut sacelli iure a patrefamilias ea ratione erigebatur: dedicataque: vt & sacrorum cura/ & fructuum ipsius sacerdotij perceptio ad solam gentem familiamque suam perpetuo de uolueretur; vnde Otho, vt Cornelius Tacitus refert; reuersos ab exilio adolefentes auitis & paternis sacerdotijs in solatium reposuit: hæc sacerdotia appellabantur Gentilitia, in horum locum successerūt sacerdotia/ in quibus ius patronatus habemus; nam pōtificis assensu ædem construēs in ea sibi suisq; per Clementis & aliorum antistitum constitutionem ius patronatus acquirit: & cum pontificis autoritate idem/ atque posteris & successores' cui voluerit/ constructam ædem dare poterunt; vt nostro iure pontificio cauetur: vbi plura ad hanc rem pertinentia leguntur: quæ omitto: Propterea quod indoctissimo cuique patent. De reo quoque qui lege/ aut rogatione damnāndus erat/ suffragia ferebantur: vt cum a magistratibus ad populum prouocabatur/ aliterue iudicium dandum erat; vnde Clodius Tribunus plæbis Ciceroni diem apud populum dixit: quod ciues sine iussu populi Romani contra leges necasset; deinde ob id factum Clodius de exilio Ciceronis rogationem ad populū tulit: vt infra quadringenta ab Italia milia ipsi Tullio aqua & igni interdictum esset: vt recipientis eum bona publicarentur/ isq; exularet: & ne quis de Cicerone reducēdo ad Senatū referret

## LIBER SECVNDVS

ne quis decerneret; ne quis disputaret; aut loqueretur; aut pedibus trect; scribendo ve adesset. Sic relatam Octauij abrogationem/ & alia populi iudicia fuisse per suffragium facta comperimus. Iussa insuper leges, scilicet & plebiscita cum suffragio populi conseruabantur/ & decernebantur: vt in omnibus legibus / quas infra referemus / apparebit; aut etiam eodem suffragio vetabantur: & reuocabantur: cum naturale sit eodem genere quodq; dissolui: quo colligatum est: vt iureconsulti Vlpianus & alij dicunt. Et pro legibus ferendis/ & alijs agendis quae diximus/ curiae frequenter in forum conueniebant: & e Romuli instituto separatim promiscue & viritum suffragia dabant: & ideo saepe plebiscita & leges curiatas comitijs/ non autem centuriatis/ rogatione trinudino facta ferebantur; vnde ipse Romulus diuiso in triginta curias populo/ quasdam leges curiatas: vt Pomponius lib. digesti. primo scribit; ad populum tulit. Et. L. Papirius Dictator legem curiatam de imperio promulgauit. Tribuum quoque suffragio Caesar pontificatum Maximum; & Marius consulatum obtinuerunt. & Octauius Tribunatu summotus est. non tamen inficias eo quin per centurias quoque/ & comitijs centuriatis in campo Martio magistratus dati: in dicta prolata/ & leges aliquot latae fuerint: nam publicolani centuriatis comitijs legem tulisse Valerius libro tertio refert; ne quis magistratus ciuem Romanum aduersus prouocationem verberare/ aut necare vellet. Et tempore promulgationis legum/ non autem vbi latae erant: intercedere licebat; vt e Cicerone in prima Antonianarum colligitur. Suffragia haec ab initio palam & voce ferebantur: postea legibus latis per tabellam dari coeperunt: vt nimia suffragandi libido in non bonis causis eriperetur potentissimis. primam enim Tabellariam legem Gabinus tulit: vt per suffragia in tabella descripta magistratus mandarentur. biennio post lex Cassia tabellaria secuta est: quam. L. Cassius, nobilis homo

tullit: vt per tabellam (nisi in perduellionis crimine) populus iudicaret. Tertia lex tabellaria Carbonis seditioſi atque improbi ciuis fuit; qua cautum est; vt per tabellam iuberentur; ferrenturq; leges; ac etiam vetarentur. Et cum in vno iudicij genere scilicet perduellionis crimine / Cassius vocis suffragium reliquisset; excepissetq; huic quoq; iudicio Caelius tabellam dedit. Marius etiam Gratidianus in hanc rem ferre legem tabellariam voluit; & huic rei pontes angustos lege constituit. hinc est; quod legimus apud Ciceronem ad Herennium / quod cum . L. Saturninus legem frumentariam de trientibus & semissibus ferre contra senatusconsultum vellet; Q. Cepio Quæstor urbanus cum vtriusq; bonis impetum fecit; pontes distribuit; & cistas deiecit; vt lex aliter ferretur; et qui in Cæsarem conspirarunt; primum teste Suetonio cogitarunt; vtrum ne illum in campo Martio per comitia tribus ad suffragia vocantem partibus diuisis e potestate deicerent; ac exceptum trucidarent; an in sacra via / vel in aditu theatri adorirentur. Coniurati postea mutato proposito ipsum Cæsarem idibus Martijs in Pompeij curia occiderunt. Nostra lex. xij. tab. suffragia iubet esse optimatibus nota; & populo libera concedit; vt quo voluerint modo / suffragia ferret; hanc enim sententiam; vt Cicero interpretatur; ista lex continet; vt omnes leges tollerent; quæ postea latae omni naturæ suffragium tegunt; ne quis tabellam inspiceret; ne rogaret; aut appellaret; nec reprehenderet esse tabellarias leges; & potestates angustos Tullius existimat; si ambitiosis hæc sint opposita; & vt ne sint ambitus inuenta fuerit; populoq; tabellam; quasi libertatis vindicem hæc lex concedit dummodo optio cuiq; & grauissimo ondata; vltroq; offerat; vt sit ipsa libertas; in qua populo honeste bonis gratificandi deest potestas; quapropter Iuuenalis eleganter ait si libera darentur populo suffragia; tam perditum esse neminem; vt in suffragijs Senecam bonum preferre Neroni; malo dubitaret. Hac lege igitur libertatis species datur; bonorumq; autoritas retinet; & contentioſis causa tollit;

## LIBER SECVNDVS

Cæsar postmodum libera populo suffragia abstulit: nã comitia cum eo partitus est: vt exceptis consulatus competitoribus/pars media candidatorum populi suffragio magistratus gereret; pars altera sua voluntate & collatiõe magistratus obtineret. & p libellos cuiq; tribui missos scriptura breui quos volebat Cæsar commedabat: vt tribus suffragio suã dignitatem tales commendati tenerent. Postea Augustus pristinum comitiorum ius reduxit: ac multiplici poena damnato ambitu Fabianis & Captiensibus tribulibus suis / ne quid a quoquam cãdidato desiderarent: die comitiorum singula nũnum milia a se diuidebat: suffragijs tandem populus fuit priuatus: licet ea reuocato comitiorum more Caligula populo reddere postea tentauerit; vnde Modestinus legem Iuliam de ambitu in vrbe suis cessasse tẽporibus dicit: quia tunc ad principis curam / non populi fauorem magistratum creatio pertinebat: & ideo etiã Saty. decima Iuuenalis de populo ait. Iam pridem ex quo suffragia nulli vendimus: effugit curas: nam qui dabat olim imperium; fasces: legiones: omnia nunc se continet. Atque duas tantum res anxius optat. Pannum & circenses. his legibus explicatis / alias referamus.

AST SIQ VID ERIT / Q VOD EXTRA MAGISTRATVS Q VO AERARIO AESVSSIT: Q VI COHÆRET / POPVLVS CREATO: EIQ VE IVS COHÆRENDI DATO. Hæc verba Q uæstoribus accõmodari videtur vt cũq; fuerit. Q uæstorũ potestãtẽ hĩc explicabimus. Publicola cum indignũ pecunias publicas inferri in priuatã aedes existimaret; & quod ipse / aut alius non publica auctoritate cõstitutus: munus quærendæ pecuniæ daret: Aerarium Saturni ædem constituit populoque: vt duos Q uæstores creare posset; concessit: quod factum est: primique. P. Veturius. &. M. Minutius creati fuere Q uæstores: aucto populi arario quæstores fuisse cõstitutos Pomponius tradit:

vt pecuniæ & ærario præfent; & ab eo quod inquirendæ & conferuandæ pecuniæ causa creati fuerât: Quæstores dicti sunt; & horum quæstorum origo, xij. tabulas præcessit: sed cuius regis temporibus primi quæstores in rempu. venerit; diuerfas opiniones Vlpianus affert. Alij quæstores duo qui cõsulibus ad belli ministeria præsto essent; post, xij. tabulas L. Quintio/ Sex. Furio, M. Manlio/ & A Sempronio, consulari potestate tribunis militum creati suffragio populi fuerunt; vt Liuius tradit. Et hunc magistratum Gracchi ambo obtinuerunt; nam Tiberius quæstor cum Man. in cõsule in Numãtinis pfectus est; & Caius cū Horreste cõsule quæsturã gerens in Siciliam nauigauit; Pompeio etiã/ cui Gabiniã lege mare piratis expurgare/ & alia bello agere cõcedebatur; duo quæstores traditi sunt; & e Senatu quattuor & viginti præfecti legatiq; suo delectu cõcessi: Sylla quoq; quæstor cum Mario consule ad bellum iugurtinum in Africam iuit; alios complures hunc magistratum gessisse ex multis sepulchrorum inscriptionibus comperio. Cæsar deinde quæstorum numerum ampliauit. Et huiusmodi quæstores qui cū consulibus proficiscebantur; e prouincia ante consulem more maiorum redire non poterant; quod Caius Gracchus transgressus est; nam ante Horrestem consulem e Sardinia Romam nauigauit; sed cum de ea re apud Censores accusaretur; oratione habita sic omnium mentem commutauit; vt eum magis iniuriam passum/ quam contra morem fecisse maiorum iudicaret; nam duodecim se annos militasse ostendit; cum lex cæteris decem in necessitate diffiniret; se quoq; quæsturam per triennium gessisse ostendit; cum lex finito anno reditū quæstori permitteret; Se vnum insuper plenos loculos pecuniarum extulisse; & vacuos reportasse dixit; cū alij epoto quod extulerant vino/ plenas auro atque argento amphoras reportassent. verba autem totius orationis Gracchi libro quintodecimo Cælius refert. Hi quoque quæstores

## LIBER SECVNDVS

rationem administratorum confectis tabulis reddebant. Quare Tiberius Gracchus quaestor/cum tabulas rationes quaesturae continentes in bello perdidisset/Numantinos hostis victores & foedere facto domum reuersos/quos tabulas habere credebat: adiit; & iuxta eorum urbem consistens vocatos ad se Numantinorum principes/vt sibi tabulas redderent; rogauit; ne calūnijs inimicorum fieret obnoxius; si reddere administratorum rationem nequiret. Numantini vero Tiberium prius in urbem receperunt; & ei deinde tabulas restituerunt. E quaestoribus aliqui prouincias sortiri solebant ex senatuconsulto/quod Decimo Druso & porcina consulis factum est; vt scribit Vlpianus; vnde Marcus Cicero quaestor Siciliam sortitus est; & cum integritate & diligentia magistratū gessit. Iulio etiam quaestori vltior Hispania obuenit. Vespasianus quoque quaestor Cretam & Cyrenes prouinciam sorte cepit. & instante Marisco bello quaestorē Galliae/ quae circa padum est; Sertorium Romani designarunt apud Gallos & alias nationes adhuc haec quaestorum genera extant. Et licet patricij in initio quaestores essent; demum tamen ad quaesturam Gn. Cornelio/ & L. Furio Medulino consulibus plæbeij admissi sunt; ita vt vnus patricius Clau. Fabius Ambustus- & tres plæbeij, Q. Silius, P. Elius; & P. Papius tūc quaestores creati fuerint. Alij quaestores erant; qui capitalibus rebus praerāt; nā quū de capite ciuis Romani in iussu populi cōsulibus ius dicere permissum nō esset; ppter ea secūdū Pomponiū hi quaestores a populo constituti sunt vt capitalibus rebus praessent; & parricidij questores appellabantur; quorū vt idem Pomponius ait; etiam lex duodecim tabularū meminit, nūc referamus eos quibus vis sit eā populo aut senatu agendi: CVM POPVLO PATRIBVS QVE AGENDI IVS ESTO; CONSVLI/PRAETORI/MAGISTRO POPVLI/ EQ VITVMq; Elq; Q VEM PRODVT PATRES CONSVLVM ROGANDO;

RVM ERGO/TRIBVNISq; Q VOS SIBI POPVLEVS  
 ROGASSIT/IVS ESTO CVM PATRIBVS AGENDI:  
 IDEM AD PLAEBEM Q VOD CENSVS ERIT FE-  
 RVNTO. Gellius libro quartodecimo scribit/per dictatorē/  
 cōsules/prætores/tribunos Plæbis/interregē/& vrbis præ-  
 fectum/nō per alios Senatum more maiorū haberi solitum:  
 Et his dūtaxat agēdi cū patribus;ac faciendi senatuscōsul-  
 tus fuisse;Q uod si eodē tempore omnes hi magistratus Ro-  
 mæ fuissent;in ordine supra scripto primū ius cōsulendi Se-  
 natū habuisse dicit: Extraordinario tñ iure:vt idē ait;tribuni  
 militares/& decem viri/necnō triū viri causa reipublicæ con-  
 stituendæ creati/ius consulēdi.Senatū habuerunt.Sed quod  
 primis magistratibus in hac lege relatis agere cū pplo licue-  
 rit;testes sunt leges publicæ: Cornelia: & Aurelia quas a po-  
 pulo,P.Philo dictator/Cornelius cōsul/& Aureli' cotta præ-  
 tor rogarūt,hoc pbabūt & aliæ leges Innumeræ: quas infra  
 referemus.plæbis Tribunū etiā potuisse cū pplo agere ne-  
 mo dubitat;quia id ipsius officii erat:& plæbiscita demon-  
 strant interregi quoq; vt hic dicit;nisi cū populo agēdi fuit:  
 nam cum reipu.causa abessent consules neque habendis,co-  
 mitijs interesse possent;aut cum seditiōes in ciuitate forēt:  
 vel vitio consules creati essent.Nec dictatorem comitiorum  
 causa dici placeret;res ad interregem teste Fenestella dedu-  
 cebatur;ac per eum cōsularia comitia habebantur.Sed licet  
 causa cōsulū a populo rogandorum patres interregem pro-  
 derent,aliud tamē interdum ex causa peragebat;vt de,L.Pa-  
 pyrio Mugillano legitur:qui pinterrex proditus;vt patrum  
 & Tribunorum plæbis discordias sedaret;Tribunitia comi-  
 tia,non consularia habuit;consularique potestate Tribuni-  
 tūc,L.Quintus Cinci,Sex,Furius Medulinus,M.Manlius;  
 & A.Sempronius patricij omnes creati fuerūt:& Sempro-  
 nio deinde quæstorum comitia habente;auctus est quæstor-  
 um numerus.Aliæ lex præclara sequitur.



## LIBER SECVNDVS

Q VAECVMQ VE IN POPVLO: Q VAECVMQ VE  
 IN PATRIBVS AGENTVR: MODICA SVNTO. SE  
 NATORI Q VI NEC ADERIT / AVT CAUSA/  
 AVT CVLPA ESTO: CAVSAS POPVLI TENETO.  
 VIS IN POPVLO ABESTO: PAR MAIORVE POTE  
 STAS/PLVS VALETO. AST Q VI TVRBASSIT IN  
 AGENDO / FRAVS ACTORIS ESTO: INTERCES  
 SOR REI MALAE SALVTARIS CIVIS ESTO: Q VI  
 AGENT AVSPICIA SERVANTO: AVGVRI PVBLI  
 CO PARENTO. Q uacūque in patribus aguntur; esse mo  
 desta & ad sedata debent; Et Senatori tria; vt præclare Cice  
 ro ait; iussa sunt; vt Senatui adsit; nam grauitatē res habet;  
 cum frequens ordo Senatorius est; immo Romani veteres;  
 vt Gelius lib. quartodecimo refert; Senatori pignus capies  
 bant; multatq; imponebant; qui cum in senatum venire de  
 beret; non adesset; De senatoribus nostræ ætatis malo tace  
 re; quam ab eis libere loquendo puniri; Præterea Senatori  
 iussum est; vt loco dicat; id est rogatus; & modo ne sit infinitus;  
 nam breuiter sententiā prestringere laus est; & hodie in  
 omnibus placet; & regulariter longa oratione vtuntur cum  
 verbis proprijs & aptis; tum dicendi ratione indigētes; qui  
 inuolute/ac obscure loquentes; & ordine dicendi carentes/  
 quod sentiunt paucis explicare non valent; & diutius quam  
 satis sit. in iisdem locis tales commorantur; atq; eodem idē  
 tidem reuoluuntur; præterea inchoata propositione relicta;  
 frequenter ad aliam incōmode transeunt. hæc bonus ora  
 tor diffugiet; si orandi disciplinam; & argumentationis par  
 tes; quas in Rhetoricis Cicero & alij docent; perfecte cogno  
 uerit. plane si tanta esset causa; vt oratoris copia ad hortan  
 dum vel docendum opus esset; longa uti oratione licet; in  
 qua re Tullius & Cato magni fuerunt. Sed vt paratus dicere  
 senator esse possit; proximæ legi parere; id est causas popu  
 li tenere & inuentionem habere debet; et enim nosse rēpu

hanc necessarium est: quid militum habeat: quid aerario valeat, quos socios/quos amicos/quos stipendiarios respublica habeat: in super qua quaeque sit lege/conditio/foedere/intelligat: necesse est: sed & decernendi consuetudinem tenere: & exempla maiorum noscere debet. Lex deinde vim in actionibus populi vetat: cum nihil civitati sit extiosius Ciceronis testimonio/nihil tam iuri & legibus contrarium: nihil tam incivile & inhumanum/quam per vim quicquam agere. Quod si rem malam quis facere velit: civis intercedere debet: Et parvis/maiorisve magistratus intercessio plus valere debet: huic loco congruit/quod apud Plutarchum saepe legimus: ius tribuniciae potestatis fortius ad impediendum quam ad agendum fuisse, nam multis tribunis aliquid volentibus unus se opponens praeferebatur: Non iure ergo Tiborius Gracchus defendetur/qui collegam Octavium/ ne lex Agraria ferretur: intercedentem suffragio populi magistratu abrogavit: male etiam Caesar consul se adversus hanc legem tuebitur: qui promulgata lege Agraria obnunciantem collegam Bibulum armis foro expulit: & eam inuito collega tulit. Hanc legem Saturninus quoque tri. pl. non servavit: qui cum centena agri fugera veteranis in Africa lege dividenda pronunciareret/ facta per populum lapidatione intercedentem Bebius collegam submovit. Ast bonus Cato ille Severus: ne respublica quicquam mali pateretur: semper intercessit/ & operam dedit: unde cum Caesari supra modum & praeter mensuram quae reipub. erant largienti/ & omnem ferme campaniam lege egenis dividendi resisteret: & adversaretur: in carcerem curia extractus per lictorem iussu Caesaris ductus est: sed & alia pericula propter intercessionem/ & bene merita in rempublicam collata subiit: usque adeo quod mortem sibi consciverit: ne in manus Iulij hostis rempublicam occupantis deveniret. Pauci sunt nunc Catones/ qui celeriter odio/ pecunia/ aut timore/ vel alio modo in reipub.

## LIBER SECVNDVS

blicæ detrimentum vñcantur; & cedant. Et si aliqua seditio  
 in populi actionibus oritur/ex hac lege culpa actoris erit:  
 nam Crassi sapientissimi hominis sententia & Senatus de-  
 creto, C. Claudio consule Carbonis seditionem referente fa-  
 cto: eo inuito qui cum populo ageret/ seditio fieri non pōt:  
 cum ei liceat consilium simul atque intercessum turbarique  
 coeptum sit/dimittere: quod qui præmonet/cum agere nihil  
 potest; vñ quærit, Romani etiam in publicis institutis & le-  
 gibus habebant: vt qui cum populo vel patribus agerent;  
 Auspicia seruarent & auguri parerēt; nam bonus augur rei  
 publicæ præsto esse debebat: cum Ioui optimo maximo cō-  
 siliarius & adiuuans datus esset/ cœlique partes ei diffinitæ  
 traditæ essent: De hac re fuit etiam postea latum ab Aelio &  
 Furio Tribunis vnum plæbiscitum, Et Romanorum fuisse  
 morem Seruius dicit; vt in comitijs agendis/ & bellis geren-  
 pullaria captarentur augurfa, Et Gelijs testimonio auspicari  
 acturus cum patribus debebat, quod Cæsar vt paulo ante di-  
 ximus; idibus Martijs senatum habiturus seruauit, Auguris  
 bus magna fides & potestas e miraculo accessit: atque data  
 est: nam quum Tarquinius Priscus centurias augere/ earum  
 que nomina mutare vellet; id fieri posse nisi aues addixis-  
 sent: Actius Nauius inclytus ea tempestate augur negauit:  
 propterea quod his centurijs in augurato Romulus nomi-  
 na dederat; ex eo ira regi mota est: re eludensque artem an-  
 quod mente conceperat/ auspicato fieri posset/ Augurem  
 interrogauit; & cum re; in augurio experta posse fieri augur  
 affirmasset, Tarquinius augurem nouacula cotem discissu-  
 rum se agitasse animo dixit; & ideo hæc capere, & quod aues  
 auguris fieri posse portendebant; ipsum augurem perage-  
 re iussit; quod Actius fecit; & nouacula haud cunctanter co-  
 tem defcidit; vnde statua Actij: eos quoque vbi hæc acta fue-  
 runt: positæ sunt; & rex duplicatis centurijs nomina non  
 mutauit ex eoque augurijs sacerdotioque augurum tantus

accessit honos / sicut apud Lium legimus; vt nihil bellis  
domique postea nisi auspiciato gereretur; & vt consilia po-  
puli / exercitusque vocati / & summa rerum / vbi non admis-  
sissent aues: dirimerentur. Nihilominus hac aruspici siue au-  
gurum disciplinam Phauorinus apud Gellium forti argu-  
mento reprobatur; nam aut aduersa euentura dicunt; aut pro-  
spera; si prospera dicant; & fallant; miser frustra aliquis ex-  
pectando fiet; si aduersa dicant; & mentiantur; miser homo  
frustra timendo fiet. Si autem vera respondeant; eaque non  
sint prospera iam inde aliquis miser ex animo erit / antea  
quam e fato fiat; si foelicia promittant; eaque euentura sint;  
tum plane vt Phauori, ait; duo erunt incommoda; nam & ex-  
pectatio spei suspensum fatigabit / & futurum gaudij fru-  
ctum spes iam deflorauerit. Et eleganter Accius poeta se Ni-  
hil credere; auguribus; dicit; qui aures verbis; inquit; diuinae  
alienas; suas vt auro locupletent domos; nulloque pacto  
huiusmodi hominibus res futuras presagientibus esse vten-  
dum Gellius dicebat. quapropter non immerito huic legi  
posteriores legumlatores suis constitutionibus abrogauerunt;  
horum enim Augurum & Aruspicum disciplinam / fas-  
ta usum & diuinationes Romani imperatores Antonius  
Diocletianus / Maximianus / Constantinus / Valens /  
Valentinus / Archadius / & Theodosius improbarunt; &  
prohibuerunt; sed & nostro iure pontificio horum discipli-  
na damnata est. vnum tamen post Seruium dixero / quod licet  
multa sacra Romani susceperint; magica tamen semper  
damnarunt. quod Virgilius per Didonem testari videtur /  
cum eam ita loquentem inducit; Testor cara deos; & te gete-  
mana tuumque Dulce caput / magicas inuitam accino-  
gier artes. Sed & aduersus magicas artes legem. xij. tabu-  
luisse conscriptam / apud Augustinum de ciuitate dei legi-  
mus; magicos quoque & mathematicos Plinius & Cice-

## LIBER SECVNDVS.

ro impugnant; & de his Vlpianus sentire visus est/ quum in cantationem/ aut imprecationem/ aut exorcizationem nō esse medicinæ genera de varijs cognitionibus dicit; tamen si quidam reperiantur; ait; qui hac arte vtentes sibi profuisse cum prædicatione affirmēt. nescio tamen qua arte id quod de Vespasiano legitur: actum fuerit; vt cuidam e plæbe luminibus orbatō oculos inspūendo pro contione palam restituerit; & crus alterius debile calce contingendo confirmauerit; cum hæc a deo aut dei nomine dūtaxat fieri possint; vt a quattuor historicis qui facta gesta; christi scripserunt; memoriæ traditum est. his legibus discussis; ad reliquas veniamus.

PROMVLGATA/ PROPOSITA IN AERARIO COGNITA AGVNTO. NEC PLVSQVAM DE SINGVLIS REBVS SEMEL CONSVLVNTO. REM POPVLVM DOCENTO. DOCERI A MAGISTRATIBVS PRIVATISQVE PATIVNTOR: PRIVILEGIANE IRROGANTO. DE CAPITE CIVIS NISI PER MAXIMVM COMITIVM ILLOSQVE QVOS CENSORES IN PARTIBVS POPVLI LOCASSINT: NE FERVNTO. Hæc lex de promulgatione/ de singulis rebus agendis/ de privatis magistratibus vt audiendis facta est. lex certe promulgata in æs incisa in ærarium condebatur: vt apud Tranquillum in vita Iulij legitur Senatus quoque consulta; vt in lege Horatia dicemus: ad ærarium deferebantur. Marcus Cicero scribit; alias duas leges præclarissimas; quas retuli: de. xij. tabulis fuisse translatas: harum altera priuilegia tolli/ altera populū decapite ciuis rogari/ nisi maximo comitio verat. pro maximo autem comitio Marcus Cicero centuriata comitia accipit in oratione pro. P. Sextio. vbi hanc legem. xij. tab. refert. Quod em̄ iudicia pp̄i cū suffragio cōsciscerētur/ alia lege cōstitutū est: vt supra ostēdimus; sed vt id maxio dū

taxat fieret comitio: ista lex præcepit longe post Tiberius: Cæsar instituit, ne aliter beneficia a superioribus concessa principibus rata essent: quam si eadem habebus etiam sequentes imperatores dedissent, quod institutum omnes principes a Tiberio usque ad Titum seruarunt, at Titus omnia præterita privilegia vno primus confirmavit edicto nec a se periti passus est, nunc de ambitu, & de captis pecunijs leges sequuntur.

**DONVM NE CAPIVNTO: NEVE DANTO: NEVE PETENDA/ NEVE GERENDA/ NEVE GESTA POTESTATE: QVISQVIS EARVM RERVM MIGRASSIT: NOXIAE POENA PARESTO.** Plauti scito quodam etiam contineri Modestinus de officio præsidis ait, Ne quis præsidum munus donū ve caperet; nisi esculentum poculentumve, quod intra dies proximos prodigatur, Mandatis quoque iustiniani & aliorum principum continebatur, ne donum vel munus ipse proconsul, vel qui in aliquo officio erat: administrationis tempore acciperet; vel quid; nisi victus quotidiani causa; aut permittente principe emeret; domum ve, extrueret, Sed Ulpianus de officio proconsulis hæc debere intelligi dicit: vt modum gerens magistratum adiiciat; ita quod neque se in totum xenijs absteineat neque auare xenniorum modum excedat, quam rem Diui Seuerus & Antoninus elegatissime epistola moderati sunt; vt iuxta vetus prouerbium neq; omnino/ neque semper/ neque ab omnibus gerens magistratum acciperet, cū a nemine accipere valde sit inhumauum, sed passim & per omnia accipere; vilissimū & auarissimū sit; non ergo ad xennia numerum qualitatem nō habētia/ sed ad ea quæ ediliū excedunt usum; prædicte constitutiones pertinent, in hanc rem etiam pro eo quod quis in magistratu accepit: lex Iulia repetendarum postea lata est; cuius abūde iurecōsulti meminerunt; Quinimmo noua iustiniani constitutione/ & pontificum

## LIBER. SECVNDVS

maxime innocentij sanctionibus/magistratus a fisco sūpē-  
 dia habēs/nihil a quoquam accipere debet: licet interpreta-  
 tione/iustiniani constitutio/& aliæ vt assolet; varie intelligā-  
 tur. delegatis tamen iudicibus esculenta & poculenta cape-  
 re Bonifacius summus antistes sua constitutione permisit.  
 Vt nam aliquot nostræ ætatis iudices has leges seruarēt; qui  
 omnia ab omnibus accipiunt; quod nō fieret; si hoc crimē;  
 vt hæc lex mandat; plecteretur; aut si illi qui in hos iudices  
 animaduertere possunt; Cambylis exemplo vni ex malis iu-  
 dicibus pellem detraherent; & eam tribunali imponent;  
 quo cæteri terrentur. Quod si quis pecunia sententiam  
 tulerit; vtpote venalis Diocletiani sanctione nulla erit. Ipsi  
 autem iudices dono aut aliter perperam iudicantes certis  
 pœnis vt infra dicam ex constitutionibus Antonini/Con-  
 stantini/& iustiniani puniūtur; hi enim pœnas determināt/  
 quas hæc lex omisit; & iudicum arbitrio commisit. Hac lege  
 insuper prohibetur; ne quicquam pro magistratu detur; de  
 qua re fuerunt postea lex Calphurnia/& iulia de ambitu la-  
 tæ; & præclare Theodosius & iustinianus imperatores tan-  
 dem dignitatum emptionem prohibuerunt; sanxerūtq; vt  
 capientes magistratus iureiurādo affirmant; se pro admini-  
 strationibus habendis neque quippiam dedisse; neque post-  
 modum vnquam daturōs fore; siue per se siue per interpo-  
 sitam personam; in legis sacramentique fraudem/donatio-  
 nis; vel venditionis titulo/alsoue cuiuscūque contractus ve-  
 lamēto. Voluerūt etiā eos iurare quod in administratione/  
 vel post depositum officium nihil pro aliquo beneficio tem-  
 pore administrationis præstito/præter; salarium/accipient/  
 & huius iurisiurandi transgressorem; pœna quadrupli mul-  
 ctari præcipiunt. Et propterea antiquus Romanorū mos/  
 quem Plutarchus in Coriolano refert; laudandus est; nam  
 secundum hanc legem virtute non pecunijs dignitates pos-  
 suabant; qui em magistratus petebant; ciuis dextra prehē-

Tos benignis verbis orabant: & absque interiore tunica in  
 forum aperti veste descendebant; siue ut eo habitu ad suppli-  
 candum humiliores accederent; siue ut pro republica cicat-  
 rices passi manifeste signa fortitudinis aperirent; ostende-  
 rentq; Mar. tamen Coriolano plures ostendenti cicatrices/  
 quas per tredecim annos egregie pro repu. bellado exceperat/  
 consulatus denegatus est; ne patricos sequendo consul  
 popularem tolleret libertatem; argento deinde alioq; cor-  
 ruptelarum genere impartitæ fuerunt dignitates; & inter  
 contionis suffragia argentum/largitioq; & epulum sese mi-  
 scuerunt; complures enim Romani pecunijs dignitates &  
 magistratus postea nacti sunt, Marius certe ut sextum consu-  
 latum sortiretur; suffragia emens Metellum a magistratu ex-  
 cludit; & Valerium Flaccum collegam in cōsulatu suscepit.  
 Cæsar quoq; in pontificatus maximi petitione ita pro-  
 fusissima largitione duos competitores potentissimos,  
 Q. Catulum & Ser. Isauricum ætate & dignitate antece-  
 dentes superavit; ut ipse plura in eorum tribubus suffra-  
 gia/quam uterq; in omnibus tulerit. E duobus vero consu-  
 latus competitoribus, L. Luceio & M. Bibulo hoc pacto Lu-  
 ceium sibi adiunxit; quo is utpote gratia inferior/pecunia  
 que pollens/nummos e suo communi nomine per centu-  
 rias pronunciaret; sed optimates eum in summo magistra-  
 tu & consentiente collega ausurum omnia suspicantes/Bi-  
 bulo tantumdem pollicendi auctores fuerunt; ac plerique  
 pecunias contulerunt; itaque cum Bibulo consul fuit crea-  
 tus. Ipse etiam Iulianus a militibus imperium emitt. & Lu-  
 stinus emptis caute suffragijs imperator electus est. Populi  
 vero præturam Sylla largitionibus adeptus est: vnde cū er-  
 ga Cæsarem male animatus esset; & iua potestate in eum  
 se esse usurum dicitaret; ridens Cæsar lepide respon-  
 dit/ recte Syllam suum esse magistratum putare; quem  
 suis pecunijs comparatum habebat; Quinimmo



## LIBER SECVNDVS

Cato ille alioquin seuerus & magnus legum Romanorum custos ne cum Luceio sed cū Bibulo Cæsar consulatum obtineret : debere rempublicam largitionem facere non abnuir: In petitione tamen tribunatus Cato legem/ quæ candidato nomen dantes adesse vetebat; per seipsum appellas populum atq; alloquens solus obseruauit. Vltimo loco constituitur; vt in suo vitio & prout deliquerit quisq; has leges negligēs plectatur; & nulla poena certa hic nominat: sed postea magistratum precio consequenti pœna certa per legem Iuliam de ambitu perque constitutiones principum imposta est; & huius criminis poenam Marius sustinuit ; nam cū in petitione præturæ vltimus esset; qui per suffragia mitteretur; de ambitu quod suffragatores donis corruerat; damnatus est. cuius rei coniecturam suspitioneq; maximam præbuit Casius Sabaconus minister intra cancellos inter suffragia ferentes conspectus. At nactus dignitatem in ipso officio pecunias accipiens lege Iulia repetundarum & constitutionibus principum hodie varia poena damnatur; Sic itaq; redeuntem e Cappadocia Syllam Censorinus repetundarū postulauit; quod ex amicorum sociorūq; regno magnā contra legem pecuniæ vim cōpilasset; sed quia Censorinus ab accusatione destitit; Sylla euasit. Scipionem quoq; Petilij/ ac Neuius trib. plæbis repetundarum accusarū; quod pecunias ab Anthiocho rege accepisset nec eas in publicū retulisset; sed ipse Scipio suæ probitatis conscius librū rationum in cōspectu populi scidit; inde sponte exlauit; in exilioque reliquam atatem egit. Liuius etiam Sallinator post actum ab se consule de Illyrijs triumphum peculatus ab omnibus tribubus excepta Metia condemnatus est. sequētib; verbis lex magistratus Romanorum explicans absoluta erit.

CENSORES FIDE LEGEM CVSTODI VNTO: PRIVATI AD EOS ACTA REFRVNTO: NEC EO MAGIS LEGE LIBERI SVNTO. Quoniam semper

In republica Censores erant: cura legis seruandæ eis data est: qui enim magistratu abierant: edere & exponere quid in magistratu gesserant: apud Censores per hanc legem cogebantur: rationesque referre & causam censoribus exponere debebant: de ijs postmodum censores præiudicabant: lex tamen integra accusatori / iudicioque seruabatur. Mos etiam erat: vt magistratu abeuntes contionem haberent: & apud populum de rebus suis loquerentur: & iurarent: Sed Cicero ni consulatu abeunt / ne contionem haberet: & de rebus suis apud populum loqueretur: a Metello plæbis tribuno prohibitum est: & tãtum vt iuraret: fuisse sibi permissum inuenio. Hanc. xij. tab. cõstitutionem Xenod & Iulianus postea in parte renouarunt: quod nostris iuris peritis non est incognitum: voluerunt enim vt omnes iudices post administrationem depositam / in prouincijs vel ciuitatibus quas gubernauerint / per quinquaginta dies remaneant: vt sub aliquo iudice conquerentibus pro ratione legum respõdeant. Et quoniã plura de his in manibus nostri iureconsulti habent: alia non dicam: nam si dubitatio aliqua occurrat: eos consulere poteris. Satis de religione / & magistratibus Romanorum dixerimus. si hoc intellexeris Marcum scilicet Ciceronem sensisse has omnis constitutiones relatas non fuisse. xij. tab. leges: nam relatis religionis constitutionibus / postea de eadem re aliquot. xij. tab. leges subiungit: præterea duas leges e. xij. tab. ad magistratuũ sanctionem fuisse trãslatas scribit. Innuit ergo alias magistratum leges non fuisse in. xij. tab. nihilominus boni autores has. xij. tab. leges sæpenũero appellat: & forte his vrbis Cicero discrimẽ inter leges priuati iuris / & publici quod in sacris / sacerdotibus / & magistratibus consistit: facere voluit: licet iisdẽ tabulis descriptæ essent: sed qualescũq; prædictæ leges fuerit: nõ paruã iuris & hystoriæ cognitionem afferunt: nam luculenter religionem & magistratus Romanorum / & sic publicum ius explicant: & ideo

h

## LIBER SECVNDVS:

nō ab re huic loco eas leges accōmodauimus. Nunc de iure priuato leges, xij. tab. sequuntur. **INTESTATOR VMHERE DITATES PRIMO SVORVM HEREDVM VELINT NOLINTVE / SVNTO; HIS DEFICIENTIBVS AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO.** Iustinianus suos eē hēdes existimauit filiū/filiā/nepotē/neptēue ex filio/ & deiceps! ceteros liberos qui in ptāte moriētis fuerūt; & primū locū obtinēt; Et quia hi viuo patre quodāmodo dñi bonorū existimāt; & post mortē p̄ris liberā bonorū administrationē cōsequuntur; sui hēdes appellant; sed & necessarij ideo a iure cōsultis dīcunt; q̄nquidē ab intestato/ & ex testamēto iū uiti ex lege, xij. tab. heredes fiūt; his tñ liberis puberibus siue impuberibus se ab hereditate abstinēdi prator secūdū Caiū & alios legūlatores potestātē facit; vt quāuis iure cūsi creditōribus hereditarijs teneantur; tñ in eos si velint relinquere hereditatem/ actio nō derur; Hac lex vt Diocletianus & Maximianus scribūt; in Posthumō suo obtinet; vnde si quis posthumum & agnatum relinquat/ posthumus ab intestato praeferitur; Quinimmo si fili⁹/ & ex altero filio qui mortuus sit/ nepos existat; euidenter lege, xij. tab. caueri praedicti imperatores Frontoni rescripserūt; vt pariter intestato defuncto succedāt. Quod si suus heres nō existat/ ex hac lege, xij. tab. agnatus pximus hereditatem capit; itaq; si sit defuncti frater & alterius fratris filius/ aut patruus; frater ex hac lege, xij. tab. potior habetur; sed hoc postea correctum est. Et licet singulari numero vtens lex, xij. tab. agnatum proximum vocet; tñ si plures sint in eodē gradu/ omnes sine dubio admittuntur; vt praclare Iustinianus interpretatus est; siue alius agnatorū gradus existat; siue nō existat; nā & pximus agnatus in hac lege, xij. tab. etiā solus habet; & dicit; vt libro pandectarū vltimo Pomponius enarrat; Familiae autē appellatio in hac lege secūdum Paulum de verborum significatiōe/ in res deducitur; & pro rebus accipitur; ad personas etiā fa

militæ significatio interdum refertur: vt cum de patrono & liberto lex ita loquitur: ex ea familia in eam familiam, alia quoq; appellatio familiæ cōprehēdit: quæ Paulus eleganter de verborum significatione enodat. Posteriori tamē iure ordo succedēdi hac lege, xij. tab. datus/ i aliquo immutatus est: nā liberi emācipati prætoris authoritate & cōstitutionibus principum/ & e filia progeniti sicut sui succedūt: & agnatis præferūtur: licet, xij. tab. lege excluderētur: & icogniti essent: cū nec sui/ nec in potestate moriētium forent. mater quoq; p Senatuscōsultū Tertulianū ad hereditatem filiorū sine testamento & liberis moriētium peruenire cōepit: & e sanctionibus imperatorū admitti hodie cū agnatis filij sui fratribus & fororibus debet: quāuis, xij. tabu. lex matris nō meminerit. Iam me huius legis satietas capit: ad reliquas igit pgamus. TVTORES LIBERIS IN PŌTESTATE TESTAMENTO PARENTES DANTO: SINON SINT DATI: AGNATI Q VI SVCCESIONEM I SPERANT: TVTORES SVNTO. PRODIGO BONOR VM SVOR VM ADMINISTRATIONE INTERDICTA ESTO. PRODIGVS ET I FVRIOSVS IN CVRATIONE AGNATOR VM SVNTO. Vel sic dicas: vt Cicero ad Herennij refert. SI FVRIOSVS EXISTET: AGNATOR VM GENTILIVMq; IN EO PECVNIAq; EIVS POTESTAS ESTO. SVSPECTI TVTORES REMOVENTOR. Tutela est: vt Seruius diffinit vis atq; ptās i capite libero cōstitutata/ ad tuēdū eū qui p p̄t̄ etatē suā spēte se defendere nequit: iure ciuili data ac pmissa. Tutores aut sūt/ qui eā vim ac ptātem hnt/ ex qua re: vt Paulus ait: ipsi nomē acceperūt: itaq; iquit: tutores quasi tuitores atq; defensores appellātur: sicut æditui dicūtur/ qui ædes tuent. De duplici tutela testamētaria & legitia hac lex, xij. tab. meminit: primo em lege, xij. tab. parētibus authore Caio iurecōsulto pmissū ē: liberis suis ipuberib? masculini & foeminini sexus si mō i ptāte sūt tutores testamēto dare, liberosq; appellatiōe

## LIBER SECVNDVS

nepotes & pronepotes/cateriq; qui ex his descendunt; continentur; si tamē nepos post mortem aui tutorem dantis in patris sui potestatem recalurus non sit; hos enim omnes; vt apud Calistratum de verborum significatione legimus; liberorum appellatione lex, xij. tab. comprehendit; plura de hac tutelae specie iureconsulti & imperatores dixerunt. His autē quibus testamento tutor non est datus; ex lege, xij. tab. agnati sunt tutores; vt Iustinianus refert; legitimae enim tutelae agnatis & consanguineis patronisq; /ideest his qui ad legitimam hereditatem admittuntur; lege, xij. tab. delatae sunt, et haec Vlpiani iudicio summa prudentia introducta sunt; vt qui successionem sperarent/ne dilapidarentur bona tuerentur; & tutelae onus susciperent; quod in agnata/vel patrona non obtinet; quae succedunt; licet tutelam non suscipiant; Tutela autem legitima non quidem specialiter vel nominatim, sed per interpretationem & consequentias hereditatum patronis lege, xij. tabu. delata est, vt eleganter Iustinianus & Vlpianus ostendunt; nam eo quod lex, xij. tab. hereditatem libertorum qui intestati decedunt/patronos habere voluit; exemplo agnatorum veteres crediderunt; legem voluisse etiam tutelam ad eos pertinere: Quia vt dictum est vbi successiois est emolumentum; ibi plerūq; tutelae onus esse debet, quod posteriori iure etiam obtinet; quo hereditas agnatione nō inspecta proximis defertur; Sed si neq; in testamento datus sit tutor/ neq; legitimus aliquis existat; aut si sit; sed aetate vel facultatibus non suppetat; ex lege Iulia & Titia constitutionibusq; principum Iustiniani testis nonis/ Valentini/ Theodosij/ & Archadij a diuersis magistratibus tutores dabuntur; Lege etiā, xij. tab. prodigo fuisse interdictum bonorum administrationem Vlpianus de curatoribus furioso & alijs extraminores dandis scriptum reliquit; vnde eadem lege prodigus etiam excedens quintum & vigesimū annum sicut furiosus in cura agnatorum teste Iustiniano esse debet. & id ra-

tionē morbi aut vitij erit: nam si minor quinq; & viginti annis furiosus sit; curator ei non vt furioso/ sed vt adolescenti datur sicut imperator Antoninus Augustus rescripsit. Præterea si pupillus furore laboret: tutorem vt pupillus/ non tã quam demens curatorem Mutij atq; Iuliani sententiã accipiet: quia lex. xij. tab. secundum Vlpiani interpretationem ita accepta est: vt ad pupillos vel pupillas non pertineat: cū sit magis ætati quam dementiæ consulendum. Sed solent hodie prætores vel præfides tali homini/ qui neque tẽpus nec finem expensarum habet; sed bona sua dilacerando & dissipando profundit. sicut furioso curatorem dare. quod si furiosus sanitatẽ vel p̄dignus sanos mores receperit: ip̄o iure in potestate curatorũ esse desinũt. Sed quia cutuslibet generis tutores suspecti esse possunt: ideo de suspecti crimine sequitur: quod e lege. xij. tab. descendit: & hæc lex frequens & perquã necessaria est: quotidie em̄ sicut Vlpianus dicit: suspecti tutores postulantur: & circa hanc legẽ aliquot quæstiones oriuntur. Quis & a quo/ & apud quos suspectus tutor postulari possit. ex quibus ve causis remouetur: & qua poena suspectus tutor afficiatur: Quæ omnia satis et abunde sacratissimi legulatores nostri explicãt: referamus igitur alias leges:

COHEREDES A COMMVNIONE DISCEDERE/ VO  
LENTES AGVNTO. PRO HEREDITARIA PARTE  
DEBITORES HEREDIBVS OBLIGATI SVNTO:  
PRO PORTIONIBVS HEREDITARIIS HEREDES  
TENENTOR. Caio authore actio familiæ herciscundæ ex  
lege. xij. tab. proficiscitur: nam coheredibus a cõmunionē  
discedere volentibus/ necessarium aliquam constitui actionem videbatur: qua inter eos res hereditariæ distribuereñt:  
Ei quoq; qui suam partem non possidet: si a possessore coheres esse non denegetur: hæc actio ip̄o iure competit: p̄ hanc  
familiæ herciscundæ actionem hereditas delata ex testamẽ

## LIBER SECVNDVS

ro/vel ab intestato/ex lege. xij. tab. vel alia lege/aut ex sena-  
 tuscōsulto/vel constitutione secundum Vlpiani responsum  
 diuiditur. Ea tamen quæ sunt in nominibus diuisionem  
 non recipiunt: cum ipso iure vt Gordianus, imperator  
 Pomponio militi scribit: in portionem hereditariam ex le-  
 ge. xij. tab. diuisa sint: nam debitores hereditarij vniciuq; he-  
 redum pro hereditaria portione antiqua. xij. tabu. lege obli-  
 gati sunt: pignus tamen si quod intercesserit/vnicuique he-  
 redum ex constitutione Valentis & Valentiniani/ aliorum  
 que imperatorum tenetur insolidum. Si etiam, res debita  
 diuisionem non recipiat: in iudicium familiæ herciscundæ  
 secundum Pauli sententiam non venit: licet talis obligatio  
 per legem. xij. tab. non diuidatur/ quia non potest: sed omni-  
 bus heredibus actio insolidum competit. Sic e diuerso pro  
 hereditarijs partibus heredes onera hereditaria ex lege. xij.  
 tabu. vsque adeo agnoscere debent: vt eorum pacto secun-  
 dum Diocletiani & Maximiani sanctionē vnus insolidum  
 creditori obligari/ aut aliter actio mutari non possit: nisi pi-  
 gnus vel hypotheca intercedat: tunc enim vt Decius & alij  
 imperatores volunt: possessor rei obligatæ conueniendus est:  
 in his rebus etiam quæ natura diuisionē nō admittunt: & cō-  
 pluribus alijs casibus non ignotis ius ciuile callentibus sin-  
 guli debitoris heredes insolidum tenentur: sed quando vnus  
 ex heredibus quid insolidum præstat/ a coherede familiæ  
 herciscundæ iudicio petitionem habet: vt e iuris ciuilis no-  
 ticia clare intelligitur. Alia lex. xij. tab. talis erat.

IN DECIMO MENSE LEGITIMVS INFANS  
 NASCITOR. ASSIDVO VINDEX ASSIDVVS  
 ESTO: PROLETARIO CIVI/ Q VIVIS VOLET/  
 VINDEX ESTO. MVLIERES GENAS NE RA-  
 DVNTO: NEVE LESSVM FVNERIS ERGO  
 HABENTO. Qui post decem viros leges Romæ tules

runt; Decimo/nono/& propter doctissimi Hypocratis au-  
 thoritatem septimo mense perfectum partum nasci posse  
 existimauerunt;& ideo vno ex his temporibus natos ad le-  
 gitimam hereditatem admiserunt: quod Plautus & Menan-  
 der veteres poetæ etiam tradiderunt. Cæcilius autem & post  
 Aristotelem Marcus Varro: vt Gelius refert: octauo etiam  
 mense partum nonnunquam edi posse scriptum relique-  
 runt;& Gelius ipse negotio magnæ rei postulante sua æta-  
 te diligenter Romæ quasitum fuisse dicit: An octauo mense  
 infans viuus ex utero editus/& statim mortuus ius trium li-  
 berorum suppleuisset; quum abortio non partus mēis octa-  
 ui intempēstiuitas quibusdam videretur. Veruntamen hu-  
 iusmodi quasi monstruosæ raritates a Romanis non fuerunt  
 Varronis testimonio receptæ. Sed & cum fœmina honestis  
 moribus non ambigua pudicitia in vndecimo mense post  
 mariti mortem aliquando peperisset: quoniam in decimo  
 mense non vndecimo gigni hominem Decem viri scripsis-  
 sent; Romæ an illa mulier post mariti obitum concepisset/  
 auctore Geliō disceptatum & in controuersia deductum est  
 Sed requisitis veterum philosophorum & medicorum sentē-  
 tijs in vndecimo quoque mēse partū edi posse Diuus Adria-  
 nus causa cognita decreuit; quod etiam Marcus Varro post  
 Aristotelem libro quartodecimo rerum diuinarum tradidit.  
 & Plinius Vestiliam septimo mense Corbulonum. Octauo  
 Cesoniam Cæij principis coniugem/& vndecimo Sullum  
 Ruffum genuisse dicit; sed hoc a sequentibus legumlatori-  
 bus non est receptum; nam Vlpianus de legitimis heredi-  
 bus post decem menses natum non debere ad legitimam  
 hereditatem admitti scribit: quod contrarium esset: si illo tpe  
 regulariter nasci posset aliquis Iustinianus quoq; vndecimo  
 mēse partū edi nō posse cōstituit. Non præteribo tñ quod se-  
 ptimo libro naturalis hystoriæ de hac re Plinius e Massuriij



## LIBER SECVNDVS

auctoritate scribit, L. scilicet Papyrium prætorem quū ma-  
 ter se quattuordecim mensibus partū tulisse diceret; bonorū  
 possessionem contra secundum heredem lege agentem de-  
 disse; quoniam ei nullum certum tempus pariendi statutum  
 videretur. Longe maiora nostræ ætatis fœmine bonis ma-  
 ritis p artus intempestiuitatem atque celeritatem admiran-  
 tibus persuadent; vt tertio mense; immo postera nuptiarum  
 die partus nasci possit; certe tales viri multo vëto ab interio-  
 re fœminarum tunica procedente impleti sunt; qui hæc in-  
 credibilia; & has mulierum fraudes admittūt; validis procul  
 dubio argumentis opus esset; antequā similia euenire crede-  
 remus. Lege postea sequēti iubetur; vt locupletis causam; &  
 iniuriam locuplex vindicādam suscipiat. Pauperis vero qui  
 libet ciuis procurator esse; & causam ipsius vindicādam sus-  
 cipere possit. Assiduus em̄ in. xij. tab. pro locuplete; & facile  
 munus faciēte secūdū Geliij opīnionē accipitur; & ab assibus  
 idest ære dādo; quū id tempora reipublicæ postularēt; aut ab  
 assiduitate muneris pro familiari copia faciendi assiduum  
 appellatum idem Gellius libro sexto decimo credidit. Sed cū  
 Gellius aliique plures quid proletarius in hac. xij. tab. lege; &  
 quōdam Ennij versu significaret. Romæ in foro quodam fe-  
 riarum die dubitarent; a Gelio quidam iurisperitus in eo lo-  
 cō existens; vt id verbum enarraret; rogatus est; qui enoda-  
 tionis loco se hoc verbum interpretari debuisset respondit; si  
 sus fannorum; & aboriginum; didicisset; sed & cum proleta-  
 rij; & assidui; & senates; & vades; & subuades; & vigintiquin-  
 que asses; & taliones; furtorūq; quæstiones cū lance & licio  
 euauissent; omniscq; illa duodecim tabularum antiquitas  
 secundum eum perisset; nisi in actionibus legis centum vi-  
 salium causarum lege ebutia lata cōposita sit; Se eas voces  
 exoletas non debere interpretari dixit; quia studium sciens  
 etiamque iuris & legum; earumque vocum quæ tunc in vsu  
 erant se dumtaxat præstare debere asseuerabat. itaque cum

iste bonus iurifconsultus longo sermone imperitiam coela  
 re nisus fuisset; neque id verbum proletarius in duodecim  
 tabulis positum enarrare potuisset. Iulius Paulus poeta do  
 ctissimus forte præteries de sententia & ratione huius voca  
 buli dicere rogatus est. Qui in plæbe Romana tenuissimos  
 paupertimosque / non amplius quam mille quingentum  
 æris in censum deferentes proletarios fuisse appellatos res  
 spondit: eos vero qui nullo aut perquam paruo ære cen  
 sabantur; Capitecensos a Romanis nominatos fuisse dixit:  
 Extremus autem census Capitecenforū. ccc.lxxv. æris fuit;  
 vnde quia res pecuniaque familiaris obsidis vice apud rem  
 publicam esse videbat; & amoris in patriam fides quædam  
 firmamentumque in ea erat; neque proletarios neque capi  
 tecensos milites vt pote tenuem aut nullam familiam habē  
 tes / nisi i tumultu maximo fuisse scriptos referebat. Proleta  
 riorum tamen ordo re & nomine aliquanto honestior quā  
 Capitecenforum fuit; nam cum iuuetutis inopia esset / alpe  
 ris rei publi. temporibus in militiam tumultuariam legebā  
 tur; nisi que arma sumptu publico præbebantur; Et non capi  
 tis censone / Sed prosperiore vocabulo a munere officioque  
 prolis ædendæ proletarij appellati fuerunt; vt cum re fami  
 liari exigua rem publi. iuuare non possent: saltem sobolis  
 gignendæ copia ciuitatem replerent. Sed hanc diutina vsur  
 patione firmatam consuetudinem. C. Marius bello Iugur  
 tino Capitecensum legendo militem abruptit; & alij inopia  
 bonorum militum / alij consulis ambitione id factum esse  
 comemorant quod ab eo genere hominum celebratus au  
 ctusque esset; & homini potentiam quærenti egentissimus;  
 quisque oportunissimus esset; memorque vt Valerius ait;  
 Marius erat; Si militaris ignauia humilitatem spernere per  
 seueraret; quod nouitatis suæ causā a maligno virtutum in  
 terprete velut Capite census imperator compellari posset;  
 Hoc Romanorum institutum Galli diligenter obseruant;

## LIBER SECVNDVS

nam equites in militia regulariter patricios habent; qui propter nobilitatem & ditias nihil ignominiam & proditio-  
nem concernens agere vellent; eapropter equitatus Galliae apud omnes gentes & timori & venerationi semper ob-  
nitentem fuit. Peditatus quoque ductores Galli ut praecleari gerant aliquid nobili genere natos in peditatum deduce-  
re conantur; hac ratione Molardus / Malgiron / & alij plu-  
res peditum ductores praecleara sub Ludouico duodecimo Gallorum rege in Italia gesserunt; quia multi nobilitate illustres eorum contubernio militabant; & stipendia faciebant. Sed ut id vnde egressi sumus: repetamus; haec fuit luculenta, xij. tabu. interpretatio a poeta Iulio facta; doleo tamen quod poetis opus fuerit: ut nostrae legis sensus haberi posset. & multum: ni fallor; huius aetatis poetae iureconsultos quasi incios & barbaros negligentes gauderent; si suo auxilio & doctrina enarratas fuisse leges nostras intelligerent; neque a iureconsulto sine eis potuisse intelligi. & proculdubio huic iureconsulto quem Gellius rogauit; ignorare ius; in quo versabatur; turpe fuit. hoc tamen in compluribus nostrae aetatis iurisperitis euenire solet; qui multa legum vocabula ignorant: vimque legum & intelligentiam non habent; nec mirum est; cum inferior res disciplinas negligant; immo eas callentes irrideant; & contemnant; neque Labeonem Antistium imitari volunt; qui grammatica / latinarumque vocum origine / & ratione / sicut alijs disciplinis plerosque iuris laqueos enodabat; liberosque posteriorum reliquit; quorum tres continui trigessimus octauus / trigessimus nonus / et quadragesimus id genus rerum ad enarrandam et illustrandam linguam lati-

nam conducentium Celio auctore libro decimotertio plerumque erant. praeterea in libris quos ad edictum praetoris scripsit: multa lepide atque argute reperta posuit: quorum vnum argumenti causa referam: in quarto enim ad edictum libro sororem appellatam dicit/ quod quasi seorsum nascitur: ab ea quae domo in qua nata est: separatur: & in aliam familiam transgreditur. Deinceps ne mulieres genas radant: lege duodecim tabu. cauetur: Si genas ut Ennius/ Terentius/ & aliquando Virgilius utuntur: pro palpebris acceperis: haec lex fere apud mulieres Italas in usu esse desijt: nam cum palpebras tum supercilia radunt: immo pillos inde euellunt: ut ea deinde pinguant: aut aliud loco pillosum supponant: Quod si pro ea parte / ubi barba nascitur: & quae oculis subiecta est: genas acceperis: hanc legem omnium regionum quas peragrauerim/ mulieres seruant. Sed quae hoc casu huius legis ratio fuerit: satis occultum est: cum mulieribus barba non oritur: nisi quod aliqui excogitarunt: dixeris: mulieribus genas radere ideo fuisse prohibitum: ne frequenter radendo pilii nascantur: & pudor qui mulieribus congruit: & rubore in genis maxime ostenditur: pilis occultetur. Ultima pars huius legis a Solonis constitutione de lamentationibus translata est: sicut e Cicerone de legibus colligitur: & ergo in hac lege positum pro causa sicut in resata quodam plebis Tiburnorum lege accipitur: aliud quoque significat: ut Festus & alij grammatici docent. Neque Festus vestimenti funeris genus: ut Sex. Elius & L. Atilius suspicati sunt: in hac duodecim tabularum lege significat: sed Laelio & Cicerone auctoribus pro lugubri eiulatione accipitur: Solebant enim illis temporibus

## LIBER SECVNDVS

foemine magnos gemitus in funeribus emittere; & hielare quod hac lege phibetur. vtinā noſtræ mulieres quæ inſune-  
ribus magnos gemitus ſimulant; hac. xij. tab. lege tenere-  
tur; non enim ædes ſacras in quas neceſſariorum aut maris-  
torum corpora delata ſunt tantis clamoribus implerent; ſed  
tamē ſtatim depoſito luctu poſt triduum quam mariti ſunt  
mortui nubunt; vnde corona pudicitia carere debent; quæ  
enim vno contentæ matrimonio apud Romanos erant; co-  
rona pudicitia; vt author eſt Valerius; honorabantur; eas  
certe matronas incorrupto animo exiſtimabant; quæ mul-  
ta non experiebantur matrimonia. Hiſ explicatiſ legibus/  
alias referamus.

TIGNVM ALIENVM FVRTIVVM AEDIBVS  
VEL VINEIS SVIS INIVNCTVM NE QVIS EXI-  
MERE COGITOR; SED DVPLVM PRO EO PER-  
ACTIONEM DE TIGNO INIVNCTO PREASTA-  
RE COMPELLITOR. IVDICEM ARBITRVME  
IVRE DATVM QVI OB REM DICENDAM AC-  
CEPIſſE PECVNIAM CONVICTVS EST: CAPITE  
PVNITO. QVI HOSTIS CONCITAVERIT/ QVI  
VE OPEM HOSTI, TRADIDERIT/ POENAM CA-  
PITIS DATO. Hæc lex. xij. tab. Tignum furtiuum ædibus  
vel vineis iniunctum ſoluere/ aut vendicare vt Vlpianus &  
Juſtinianus dicunt; bona ratione non permittit; ne ædificia  
ſub hoc prætextu diſruantur; vel vinearum cultura turben-  
tur. Et Tigni appellatione in hac. xij. tab. lege/ omne genus  
materia ex qua ædificia conſtant; ſecundum Caij Vlpiani  
& Juſtiniani opinionem venit; in vineis quoque tigni appel-  
latione omnia vineis neceſſaria/ vt perticæ pedamenta &  
alia continentur. Si tamen vxoris aliquid in ædificium viri  
cōiunctū ſit; quod detractum alicuius vſus eſſe poſſit; ſoluta  
re vëdicatio mulieri vt cuiſlibet alteri cōpetit; nec in duplum

ex hac lege. xij. tab. agitur vt apud Paulum de donationibus inter virum & vxorem legimus. cum non sit credibile secundum eum decem viros de his sensisse/ quorum voluntate res eorum in alienum ædificium confunctæ essent; neque enim furtiuum est; quod sciente domino inclusum est. Et licet iudex & arbiter qui ob sententiam dicendam pecuniam acceperant/ sequenti. xij. tab. lege capite punirentur; alias tamen poenas posteri legumlatores iudicibus iniquis imposuerunt; nam iudex qui in causa pecuniaria nummos vel promissionem suscipit; ex Iustiniani constitutione dati triplo/ & promissi simplo amissa dignitate mulctatur. In causa vero criminali perditis omnibus bonis in exilium mittitur. Ast iudex precio/ aut sorde aliqua perperam iudicans/ Constantini sanctione veram litis æstimationem præstat; & secundum Martianum/ Marcellumq; & alios/ lege Iulia repetendarum extra ordinem/ & ex lege Cornelia de falsis deportatione/ & omnium bonorum publicatione/ alijsq; modis punitur. Quod si iudex per imprudẽtiam peccaret; inquam de ea re equum religioni iudicatis visum fuerit; Cuius responsio/ & auctoritate Iustiniani poenam per actionem in factum sustinet. Sequentem vero legem quæ hostes concitantem/ operam ve hosti tradentem capite punit; Lex Iulia maiestatis deinde ampliauit; quãdoquidẽ maiestatis crimen; vt Ulpianus eleganter diffinit; est illud quod aduersus populum Romanum; vel aduersus Securitatem eius committitur/ quo per legem Iuliam maiestatis tenetur; qui in bellis cesserit/ aut arcem tenuerit/ aut castra concesserit/ & qui iniussu principis bellum gesserit; delectumve habuerit; exercitumq; comparauerit; qui ve quum ei in prouincia successum esset; exercitum successori non tradiderit; aut alijs modis maiestatem publicam læserit. compluribus enim alijs modis quis lege Iulia maiestatis tenetur; vt apud iureconsultos nostros sub titulo de lege Iulia maiestatis apparet; & reperitur. Et in questionibus læsæ

## LIBER SECVNDVS

maiestatis debere etiam mulieres audiri Papinianus dicitur  
nam & Lucij Catilinæ coniurationem Julia mulier secundū  
eum detexit, & Marcum Tullium consulem in iudiciū eius  
instruxit, & huius criminis rei secundum Honorij & Archas-  
dij constitutionem bonis omnibus fisco additis gladio pu-  
niri solent. Et quoniam hæc clare iurecōsulti docent; alias le-  
ges. xij. tab. referam.

VENDENDI FILIVM PATRI POTESTAS ESTO. SI  
Q VIS IN IVS VOCATVR; SI MORBVS / AEVITAS  
VE VITIVM EXTITIT: Q VI IN IVS VOCABIT; IV-  
MENTVM DATO: SI NOLET AR CERAM NE STER-  
NITO. Et cum Solon auctore Laertio sanxisset; vt qui vnū  
oculum alteri eruisset; vtroq; priuaretur; Decē viri ita dispos-  
uerunt. SI MEMBRVM RVPIT MEVM: E PACTO  
TALIO ESTO. PROPTER OS VERO FRACTVM  
NVM MARIAE POENAE CONSTITVTAE SVNTO;  
Romulus filiū a patre vendi posse primū lege cōstituit; dein  
de viri decem post reges exactos eam legem: vt Dionisius  
Halicarnaseus libro secundo scribit; in decem tabulis cum  
alijs legibus conscripserunt. Numa tamen hāc legem prius  
emendauerat; ne in filio qui patre approbante vxorem du-  
xerat; locum haberet; hæc lex postmodum a Diocletiano &  
Maximino imperatoribus sublata est. qui nullo contractus  
genere alienari filium posse disposuerunt. propter nimiam  
tamen paupertatem; victusq; egestatem; postea constantini  
lege rursus patri vendere filium permissum est. legem autē  
quæ ægrotis in ius vocatis iumentum dari iubebat; Phauo-  
rinus defectu intelligentiæ esse inhumanam credebat; cum  
eius sententiā iuberet; vt si homo in ius vocatus morbo/aut  
ætate æger ad gradiendum inualidus esset; non arceret sed iu-  
mento impositus domo sua ad prætorem efferretur: quod  
valde inhumanum esse dicebat; vt morbo affectus; & ad res

ſpondendum proſe idoneus iumento adhaerens in ſus aduerſario deportaretur; vnde Sex. Cæcilius iureconſultus aliter hanc legem interpretatus eſt; & enarrauit; vt morbus hic grauem cum febrirapida ægrotationem non ſignificaret; neque iumētum pro vnico pecore tergo vehente acciperetur; quoniam tunc Phauorini philoſophi opinio ratione non caret; ſed morbum in lege iſta vitium aliquod imbecilitatis atque inualentiæ ſine periculo vitæ appellari dicit; cum morbum vehementiorem vim grauius nocendi habentem. Decem viri harum legum ſcriptores non per ſe morbum; ſed morbum ſonticum alio in loco appellent; vt paulo poſt videbimus. Iumentum quoque non ſolum pecus vnicum; ſed veſtabulum etiam quod a iunctis pecoribus trahebatur; & in lege noſtra & alijs locis Cæcilius ſignificari dicebat; nã & veteres iumentum a iungendo dicebant. Arcera autem ſecundum eundem Cæcilium Plauſtrum vndique reſectum; & munitum; quaſi archa quaſdam magna veſtimentis inſtrata vocabatur; qua nimis ægri/aut ſenes portari cubantes ſolebant. Enodata horum vocabulorum ſignificatione/Phauorinus mutata ſua legem approbavit; cū nulla eſſe acerbitas videretur; quod pauperrimo homini in ius vocato pedum ægri tudine; aut alio caſu gradi non valenti decem viri plauſtrum eſſe dandum ſenſerint; neque inſtrui tamen delicate arceram iuſſerint; cum inualido quodlibet vehiculum ſufficeret. Et ita prædicti viri iudicio Cæcilij conſtituerunt; ne accuſatio iſta ægri corporis fidem differentibus / iuris que actiones declinantibus perpetuam vacationem daret. Aliã de Talione legem Juſtinianus ob magnam veterum paupertatem fuiſſe introductam dicit; & non erat necesse pati Talionem; niſi eam reus elegiſſet; hoc enim ordine ad Talionem deueniebatur; vt; apud Gelium Cæcilius oſtendit; primo reus ſuper iniuria paſciſcendi facultatem habebat;



## LIBER SECVNDVS

dei inde si non pascisceretur: iudex talionē imperabat: quod si reo & pactio grauis: & talio acerba videbatur: & ideo iudici non parebat: seueritas legis ad pecuniā multā redibat: nam aestimata lite iudex hominem pecuniā dānabat: postea ea iniuriā passis eā aestimare a prātoribus pmissum est: ita tñ vt partis sequi aestimationem/aut eam diminuerē in iudicis arbitrio esset: postmodum iniuriā poena ab lege, xij. tab. introducta secūdam Iustinianum in dissuetudinem abiit: & ea quam prātor adinuenit in frequenti vsu esse coepit: & secundum dignitatis gradum/vitāq; honestatem aestimatio iniuriā crescit: aut minuitur. Lex etiam Cornelia iniuriarum actionem introduxit: & e tribus causis actionem dedit: sicut ab Vlpiano didici: videlicet cum quis pulsa: verberatur: aut domus alicuius vi introita est: & vt non iudicent agentis gener/socer/vitricus/priuignus/sobrīnus/ & complures alij eadem lege cautum est. Reliqua quae iniurias cōcernūt: referre longum esset: & perfecte a iureconsultis nostris traduntur. Alias ergo, xij. tab. leges ostendamus.

**QVI FALSVM TESTIMONIVM DIXISSE CONVICTVS ERIT: E SAXO TARPEIO DEICITOR, SI IN AGRVM ALTERIVS ARBOR IMPENDEAT: VSQVE AD QVINDECIM PEDES A TERRA ALTIVS COERCITO: ET NE VMBRA ARBORIS VICINO PRAEDIO NOCEAT: QVINDECIM PEDES ALTIVS RAMOS ARBORIS CIRCVMCIDITO.** Non potest quis sic hodie dānari secundum Modestinum de poenis: vt de saxo praecipitur: vnde haec, xij. tab. lex sublata est. quod si abolita non esset: nō tam multi pro testimonio mentirētur: vt Cæcilius Phauorino dicebat: acerbitas enim puniendī maleficij plarūq; bene atq; caute viuēdi disciplina est. Sed licet poena huius legis abolerit: alijs tamē legibus falsa testimonia ferentes puniūtur. nam qui ob testimonia falsa pecuniam acceperit/ pactusve

fuerit/secundum Martiani sententiam ex senatusconsulto coercetur: & qui ob renunciandum remittendum ve testimonium dicendum vel non dicendum pecuniam acceperit: poena legis corneliae de falsis afficitur. Praeterea qui falsum testimonium ut quis publico iudicio rei capitalis damnaretur; dolo malo dixit; lege Cornelia de sicarijs tenetur. ut idem Martianus testis est. Et inter sua praecipua Christiani habent; Ne quis falsus testis existat. Et quia de arboribus caedendis lex deinde sequitur. Sciendum est arborem in alterius aedes/vel agrum impendere posse: & de primo praetor teste Vlpiano cauit: ut si arbor quae ab alicuius aedibus in alterius aedes impendat; a domino non adimatur; ab eo cui nocet; adimi & retineri possit. Quod si arbor in alterius agrum impendat; per praetorem & xij. tab. legem cautum est ut quindecim pedes altius rami a domino circuncidantur; & si per dominum stet; quominus arbor usque ad quindecim pedes altius a terra coerceatur; ei cui officit; arborem coercere; & ligna habere licet; Et hoc idcirco effectum est; ne umbra arboris vicino praedio noceret. Ex his differentiis esse patet; an arbor aedibus alienis vel agro impendat; cum primo casu succidatur; & secundo usque ad quindecim pedes a terra coerceatur. Arboris appellatio etiam vites in hac lege continet. At si arbor in vicini fundum vento inclinata sit; ex lege etiam xij. tab. de ea adimenda recte cum domino agi poterit. ius ei non esse ita arborem habere; ut apud Pomponium legimus. Quod si quisquam plura de hac re intelligere velit; adeat iureconsultos nostros; qui haec plene tradiderunt. Sequens quoque lex in xij. tab. fuit.

AERIS CONFESSI/ REBUSQVE IVRE IUDICATIS; XXX. DIES IVSTI SVNTO; POST DEINDE IN DEBITOREM MANVS INIECTIO ESTO; IN IVS DVCITO; NI IUDICATVM FACIT; AVT QVI PSEVDO EO IN IVRE VIM DICIT; SECVM DV

## LIBER SECVNDVS

CITO: VINCITO AVT NERVO, AVT COMPE  
 DIBVS .XV. PONDO: NE MINORE: AVT SI VO  
 LET MAIORE VINCITO: SI VOLET SVO VIVI  
 TO, HI SVO VIVIT: QVI EVM VICTVM HABE  
 BIT: LIBRAS FARRI IN DIES DATO: SI VOLET  
 PLVS DATO: IN VINCVLIS SEXAGINTA DIES  
 HABETO: INTER EOS DIES TRINIS NVNDINIS  
 CONTINVIS AD PRAETOREM IN COMMITVM  
 PRODVCTO: QVANTAEQVE PECVNIAE IV  
 DICATVS ERIT: PRAEDICATO: TERTIIS AV  
 TEM NVNDINIS: SI INTEREA PACTVS NON SIT  
 CAPITIS POENAS DATO: AVT TRANS TYBERIM  
 PERGERE VENVM ITO. ET SI PLVRES FORENT  
 QVIBVS REVS ESSET IVDICATVS: TERTIIS  
 NVNDINIS PARTIS SECANTO: SI PLVS MINVSVE  
 SECVERVNT SE FRAVDE ESTO. Cum hæc lex, xij.  
 tabu, inhumana & dura a Phauorino philoſopho diceretur:  
 Sextus Cæcilius iurecõſultus eam tam acerbe fidei ſeruans  
 dæ gratia fuiſſe latam affirmavit: Romani enim cum alias  
 virtutes/tum fidem & in publicis rebus/& in negotiorum  
 contractibus coluerunt; vt ex hac lege deprehenditur; quæ  
 tam grauem poenam non ſeruanti in mutuo & debito fidem  
 imponit præfertim cum de partiendo & ſecãdo corpore hu  
 mano loquitur; ſed eo cõſilio vt idem Cæcilius ait; tanta poe  
 næ immanitas denunciata eſt; ne vnquam ad eam peruenis  
 retur; vincti itaq; plures fuerunt; quia vinculoꝝ poenam  
 mali homines contẽnant; nemo autem fuiſſe diſſectus legi  
 tur; eo quod hæc poene ſeuicia contemni impune nõ potuit;  
 de reliqua huiuſce legis poena Phauorinus carpendo nõ me

minit; nam culpa nō carebant; qui ea multabantur; cum de  
 bitoribus causa conquirenda pecuniā quam dissoluerent;  
 hæc lex triginta dies dedit; quos decem viri iustos appella-  
 runt; eo quod illis diebus nihil cum debitoribus iure agi pos-  
 set; Quod si interim non dissoluerent; ad prætorem voca-  
 bantur; & in vinculis sexaginta dies detinebantur; & inter-  
 im paciscendi facultatem habebant; hoc si non faciebāt;  
 pœnas huius legis merito luebant. Hoc ius postmodum  
 in vinculis fuit lege Petilia sublatum; vt hoc libro dicemus;  
 iure tandem posteriori primo duo menses; deinde ex con-  
 stitutione Iustiniani quattuor condemnatis vel his qui se de-  
 bere fatentur; ad soluendum dati sunt; & si intra id tempus  
 non satisfecerint; aut eis pignora ex rescripto Diui Pij ad  
 Cassium proconsulem capiuntur; deinde si intra duos men-  
 ses non sit satisfactū ipsa pignora venduntur; vt Calistratus  
 de re iudicata refert; seruato tamen ordine / qui ab Vlpiano  
 sub eodem titulo ponitur; vt primo mobilia; deinde immo-  
 bilia; & tandem iura pignori capiuntur; & vendantur; Quod  
 si inopia condemnatus laborare dignoscitur; in vincula  
 nisi bonis cesserit; secundum Alexandri constitutionem  
 deicitur; vbi a creditore aletur; si bona quibus alii possit; ip-  
 se debitor non habeat; & huius rei cura iudicibus Honorij  
 atque Theodosij sanctione demandata est; Et si victum vel  
 stratum quis inferri in carcerem iudicato non patiat. Li-  
 cini; Ruffini responso utilis in eum poenalis / vel iniuria-  
 rum actio danda est. In priuatis vel publicis criminibus  
 egentes extraordinariarum coercionem patiuntur; vt apud  
 Vlpianum de pœnis legimus. etiam vbi ex parte rei tan-  
 tum poena est; sicut interpretes colligunt e prima Innocen-  
 tij pontificis constitutione in dolosos & contumaces edita.  
 Alia circa hanc rem ex libris iureconsultorum deprehen-  
 des; nam et de his etiam quæ proxime dixi; aliquod inter  
 eos est dissidium. Sed ad alias leges transeamus.

## LIBER SECVNDVS

FVRTIVAE RES NON VSVCAPIVNTOR. SI LI  
 BERTVS AB INTESGATO MORIATVR NVL  
 LVM HEREDEM SVVM RELINQVENS PA  
 TRONVS EI SVCCEDITO. MATRIMONIA IN  
 TER PATRES ET PLAEBEIOS SEPARATA SVN  
 TO. SI PVERVM Q VIS CASTRAVERIT: LICET  
 PRAECIOSIOREM FECERIT: Q VADRVP LVM  
 PRAESTATO. Q VI FRVGES EXCANTASSET/  
 AVT Q VI MALVM CARMEN INCANTASSET/  
 POENAS DATO NE VE ALIENAM SEGETEM  
 PELLEGERIS / EXCANTANDO. NE INCANTAN  
 TO: NE AGRVM DEFRVGANTO. NE FRV GEM  
 ARATRO Q VAESITAM NOCTE FVRTIM DE  
 PASCVNTO. PVBERES SJ SECANTO: CERERI  
 EOS SVSPENDVNTO: IMPVBERES ARBITRATV  
 PRAETORIS VERBERANTO: AC NOXAM / DV  
 PLIONEM VE DECERNVNTO: Q VI SECVS FA  
 XIT / ET TERMINVM EXARASSIT / IPSVS ET BO  
 VES SACRI SVNTO. Furtum vt eleganter Paulus diffi  
 nit: est cōtractatio rei alienæ fraudulosa / vel vsus eius / pos  
 sessionisve / inuito dño / lucrifaciendi gratiã / quod lege na  
 turali prohibitū est admittere. Furtorum Caio authore duo  
 sunt genera: Manifestum / & non Manifestum: Manifestum  
 autem furtum est: vt Massurius ait: quod deprehenditur: dū  
 fit: cuius faciendi finis est: vt Gelius libro vndecimo refert:  
 quum perlatum est: quo ferri cōperat: & ideo bene dicit Vl  
 pianus / manifestum esse furem / qui cum furto deprehendit  
 tur. Hinc quid sit nec manifestum furtum: satis Caij iudicio  
 appareret: nam quod manifestum non est. hoc scilicet nec ma  
 nifestum est. Hæc præmiū: quo hanc. xij. tab. legem vt pote  
 generaliter scriptã / in omni furto intelligeremus: vt res fur  
 to qualicūq; furtiue non vsucaperentur: harum etiam rerū  
 lex Attilia vsucaptionem inibet: vt a Justiniano relatum est:

plane si huiusmodi res furtiva in potestatem eius cui subrepta est: hoc est in domini potestatem reuertatur: ex lege Attilia vsucapi poterit: sicuti apud Paulum libro digestorū quadragesimo primo reperitur. De successione libertorum post hanc. xij. tab. legem pretor aliter suo edicto cavit: & disposuit: nam partem bonorū & hereditatis liberti/ qui aut liberos naturales vel emācipatos non habebat: aut si habebat: exheredauerat: patronus edicto pretoris semper capiebat. postea vero plus lege Papia ipsi patrono concessum est: vt etiam aequaliter cum filiis liberti decedenti facto testamento vel ab intestato/ succederet: nisi ipse libertus tris aut plures liberos haberet: vel patrimonium centum aureorum nō relinqueret. Tandem ex constitutione Iustiniani imperatoris huic rei modus fuit impositus: vt liberti testanti/ & centum in bonis non habenti, Patronus nullo modo succederet: sed ab intestato nullis extantibus liberis tota liberti hereditas patrono deferretur: quod hac lege. xij. tabu. cauebatur. si vero supra centum aureos libertus reliquebat: Patronum a liberis excludi Iustinianus voluit: sed his non extantibus idem Iustinianus ab intestato totam hereditatem/ & facto testamento tertiam bonorum partem debere per bonorum possessionem contra tabulas patronum assequi constituit. Alia deinde lege ne conubia inter patres & plæbeios essent promiscua/ constitutum est: & hoc ideo: vt Genutius et Curatius consules longe post. xij. tab. interroganti tribuno responderunt: ne incerta prole auspicia turbarentur: cū plæbeij/ sicut patres auspicia nō haberent: & ne ex huiusmodi matrimonio nati/ cuius sanguinis/ quorum ve sacrorum essent ignorarent: cum dimidij patrū/ dimidij plæbis essent: ne secum quidem ipsi concordēs. hac ratione quod posse auspiciari tanquā inuisi dijs immortalibus plæbeij negarentur: plæbs vsque adeo secundum Lium quarto libro exarsit: vt non prius contendere desierit/ quam consensu patrum les

## LIBER SECVNDVS.

gem ius. xij. tab. tollentem Canuleio tribuno auctore tulerit: vt scilicet conubium patribus cum plæbe esset. Nec con-  
 sulum ratio obstare debuit: quia vt Canuleius plæbis Tribu-  
 nus dicebat: patrem liberi sequuntur. sed post similis poene  
 obseruantia lege Papia & Iulia in matrimonijs inducta ac re-  
 petita est: quibus vt Iulianus & Paulus lib. digest. tertio & vi-  
 gesimo scribunt. cautum est: ne Senatores eorū ve liberi sciē-  
 tes dolo malo libertas/ aut eam quæ ipsa cuiusue pater vel  
 mater artem ludicram facit: vxores haberent: Neue senato-  
 ris filia neptisve libertino/ aut artem ludicrā facienti nubes-  
 ret: sed & hoc ab Iustiniano tandem emēdatum est: cum san-  
 xit: vt nulla dignitas confectis dotalibus instrumentis liber-  
 tæ matrimonium prohiberet. Nostri tamen allobroges pa-  
 tricij legem. xij. tab. exacte custodiūt: inā apud eos patricius  
 patriciam/ & plæbeius plæbeiam vxorem ducit: quod si qua  
 puella nobili genere nata plæbeio homini alioquin dūti &  
 ornato/ nubat/ ab alijs negligitur/ malunt enim vt mulieres  
 inopi marito nobili genere nato nubant/ quam plæbeio lo-  
 cupletū & ornato: quorum an sententiā probanda sit/ alius  
 disiudicet: nam horum morem secutus sum: dum quandam  
 virginem nobili genere ortam me arctissimo gradu contin-  
 gentē matrimonio iampridē collocaremus: Quare æquus  
 arbiter/ vt pote etusdem sententiæ cōscius/ esse non possem:  
 Deinde alia lex. xij. tab. castrantem puerum in quadruplum  
 punit: posse etiam ex hoc facto actione iniuriarum/ aut ex  
 edicto edilium agi Vlpianus de lege Aquilia dicit: Domitia-  
 nus quoque castrari mares vetuit: sed & qui hominem libidi-  
 nis vel cōmercij gratia castrabat/ e Senatucōsulto: vt Marcellus  
 libro digest. duodequingagesimo auctor est: postea poe-  
 na legis Corneliæ puniri cœpit: hoc deinde est Adriani edi-  
 cto additū est: vt bona castrātis fisco applicarētur: vt Serui  
 huius criminis rei vltimo supplicio afficerētur: ne quis liber-  
 seruusve inuitus aut volens castraretur: & vt sponte se castrā-

dū præbenti; & medico excidēti capitale esset: Cōstātius post modū debere eunuchos faciētē capite puniri cōstituit; factos aut nō posse in quēquā alienari Leo impator mādauit; non omittā: quod seruū castrādū tradenti pœnā dimidiæ partis bonorū tenatū cōsultū Neratio & Antonio cōsulibus factū imposuit; de his si plura itelligere cupias/ex libris iurecōsul torū plenam cognitionem habebis. Alia lex eos capiti obnoxios facit qui alienas segetes excantassent; aut vllis veneficijs & carminibus alienas pellicere segetes auderent. nam magicis quibusdam artibus posse segetes trāsferri Virgilius hoc carmine in Bucolicis ostendit. Has herbas atque hæc ponto mihi lecta venena Ipse dedit mœris; nascuntur plurima ponto. His ego sæpe lupum fieri; & se cōdere siluis Mœrin, sæpe animas imis exire sepulchris: Atque fatas alio vidi traducere messes, & hæc, xij, tab. legem Seruius illum locū enarrans citauit. Ex hac, xij, tab. lege vt octauo & vigesimo libro Plinius ait; verba & incātamēta carminum valere aliquid ostēditur; alias inanis horum phibitio esset; & Solinus quasdā in Africa fuisse hoim familias voce & lingua effasciantes dicit; quæ si pulchras arbores; latioresq; segetes; aut amenos infantes; egregios ve equos; vel pecudes cultu atq; pastu optimas forte impēsius laudassent; repēte emoriebantur; & 15 Virgī dicit: Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos, & cū. C. Furnius Cresinus e seruitute liberatus/ multo plures fructus i puo admodū agello/ quā ex ap̄lissimis agris vicinitas p̄ciperet; seu fruges alienas veneficijs pelliceret/ i magnā vicinorū inuidiā deuenit, & pp̄t id a Sp. Albino Curruli dies ei dicta ē; sed cū tribus sup hac re i iussragiū irēt; Furni, dānationē metuēs; om̄e istrumētū rusticū/ ferramēta egregie facta grauis ligones/ pōderosos vomeres/ bouesq; saturos in forum attulit; filiamq; validam, & bene vestitam in eundem locum adduxit; postea hæc sua, esse veneficia Qui ritibus dixit, nec posse lucubrationes/ vigiliās & sudores



## LIBER SECVNDVS

quos in excolendo agro conceperat: ostendere/ aut in forū adducere affirmavit. Itaque ex hoc omnium sententijs absolutus est. Verba autem aliquid valere Plinius alijs argumētis probat; nō enim rīte vt ait; dii sine præcatione apud Romanos consulebātur; & alia erāt verba impetrantis/ alia de pulsoris/ & alia commentationis; & ne quid verborum præpostere diceretur; de scripto præbat aliquis. Idem Deciorū patris filijq; quo se deuere carmen/ & Tusciæ Vestalis præcationem/ qua vsā aquam in cribro tulit; alia quoque id genus plurima extare dicit; vt vim carminum fateri sit necesse. horum etiam potestatem Damon & Alpheus apud Virgilium in bucolicis enumerāt. Sed licet magica ars medicinā auctore Plinio āplexa fuerit; verumtñ incantationē/ aut exorcisationē/ non esse medicinæ genera Vlpianus de varijs cognitionibus tradit. tamen vt ipse ait/ quidam reperiant/ qui hac arte vtētes sibi profuisse cum magna prædicatione affirmant. Vt cūq; fuerit; has incantationes Lex. xij. tab. phibet: plane licet Romani; vt Seruius docet/ plura sacra sulcerperint/ magica tamen semper damnarūt; quod Virgilius sic per Didonem ostendit. Testor chara deos/ & te germana/ tuūq; dulce caput/ magicas inuitam accingier artes. aduersus magicas quoque artes fuisse legem. xij. tab. scriptam; Augustinus de ciuitate dei testis est. hæc ars posteriori iure etiā pontificio inhibita est; vt supra retuli quod si quis huius magicæ artis originem/ speciesq; postulet: Plinius cum alijs locis/ tum libro trigesimo ostendit; & explicat; atque damnat. Insuper alia lex frugibus nocentes punit; nam frugem aratro quaestam noctu furtim pauisse/ ac secuisse puberi duodecim tabulis secundum Plinium libro duodeuigesimo capitale erat; suspensumq; grauius necari quam homicidio conuictum iuebant; impuberem vero in hac re delinquentem xij. tab. prætoris arbitratu verberare/ noxamue aut duplum decernere cogebant. Hodie is qui fegetē ante lucem secat; &

contractat; eius quod secat; Vlpiani respoſo fur manifestus; et nec manifestus est, frugum appellatione vt Iulianus scribit; generaliter venit redditus/qui ex frumento/leguminibus/vino/siluis caeuus/creti fodinis/& lapidicinis capitur; Duplio quoque verbū quo hęc lex vitur/antiquum est vocabulum; nam teste Festo duplum hodie dicimus; sic ipſus vt author est Priscianus/a vetustissimis Terentio & alijs platum inuenitur; quo vocabulo vt retuli lex. xij. tab. vitur. Ex hoc loco satis patet/prætores tēpore. xij. tabu. fuisse. Quod postea De terminis sequitur; post Numam excogitatum est; Ante decem viros enim Numia rex terminos inuenit/& vt eos transferens interficeretur/cōstituit; post. xij. tabu. de hac re consules/iureconsulti/& imperatores multa constituerūt nam agraria lege ab Iulio Cæsare lata pro singulis terminis quos aliqui eiecerint/loco ve mouerint/quinquaginta aureos publico dare iubentur; reseruata actione ei qui volet. Alia quoq; Agraria lege/quam Diuus Nerua tulit: cauetur; vt aduersus seruum seruam ve hęc res capitalis sit; nisi dominus dominaue qui inscij erant; multam sufferre maluerint. Sed & Adrianus rescripsit eos qui terminos finiu causa positos protulerint; pro conditione persone/& mente facientis debere puniri; vt si splendiores homines finium occupandorum causa id admisisse conuincantur; ad tempus ve cuiusq; patietur ætas; verbigratia iunior in longius/senior in breuius relegantur, quod si alij negocium gesserint; & ministerio functi sint; castigari/& ad opus publicum beniuo dari Adrianus rescripto possunt. sed si per ignorantiam aut fortuitu aliqui lapides furati sunt; eos verberibus cedere sufficet. Hęc & alia iureconsulti exactius discutiunt; proinde eos adeas; si plura de his requieseris. Aliam enim legem. xij. tab. referre volo;

GLANDEM IN ALIENVM FVNDVM PROCI  
DENTEM COLLIGERE FAS ESTO. Hanc legem.

## LIBER SECVNDVS.

xij. tab. Plinius libro sextodecimo nobis tradidit cū ea cautū fuisse dicit: vt colligere glandem in alienum fundum procidentem liceret. Prator deinde suo edicto præcepit: vt tertio quoque die aliquis glandem quæ ex fundo suo in agrum alterius caderet: legere & auferre posset. Glandis autem nomine omnes fructus continētur. sicut post Iul. Iulianū Caius de verborum significatione dicit: & sub titulo de glande legenda Vlpianus tradit. aliæ leges. xij. tab. Sic scriptæ erant. IOVE TONANTE / FVLGVRANTE / NE COMITIA SVNTO. SI TIBI FVRTIM ARBORES CAESAE SINT: AGITO. HEREDITATES IN TESTAMENTO IVRE FACTO DATAE / RATAE SVNTO. SI IVDEX / VEL ALTERVTER EX LITIGATORIBVS MORBO SONTICO IMPEDIATVR / DIES IV DICII DIFVSVS ESTO. SI AQVA PLVUIA NOCET / ARCETO. In augurum disciplina diligenti cura peruisum est: ne quid cum populo ageretur. si tonitrua / aut fulgura extitissent eo quod illa omnia / quæ tunc senatus populusque Romanus decerneret: dijs superis displicere viderentur. Et quod hæc lex longe post decem viros illius scriptores serua ta fuerit: multis comprobatur exemplis. nam Popeius cupiens comitia quædam dissoluere / ne Cato prætor creare tur: se per mendacium audiuisse tonitrua dicendo: ea authore Plutarcho dissoluit: quinimmo Marcellus comitijs iam consul designatus ob crebra tonitrua / quæ Augurum iudicio tristia significabant / & portendebant / se magistratu abdicauit. Ipsa quoque flaminica audiens tonitrua tantisper ferias celebrabat / & nihil agebat: dum rite deos placasset: vt apud Macrobiū legimus. Tiberius vero Cæsar tonitrua præter modum expauescens / turbatiore cælo coronam lauream ceruice gestabat: quod fulmine id genus frondis afflari negetur: Sed Augustus pro remedio fulgurum & tonitruū pellem vituli marini semper / & vbique circumferebat: atque

ad omnem maioris tempestatis suspicionem in abditum et concameratum locum se recipiebat, Pro arboribus autem furtim cæsis/et ex lege Aquilia et ex lege, xij, tab, dādādam esse actionem Labeo existimauit, cui Trebatius assentit quando iudex in posteriori actione deducit quod ex priori agens consecutus est; et ex reliquo condemnet, Furtim autem cæse arbores secundum Vlpianum dicuntur quæ ignorāte domino eius que cælandi causā cæduntur; quod si quis arbore: n cæciderit; & lucri faciendi gratia contractauerit, Pauli responso etiam furti tenebitur, Et condemnatio quæ fit ex hac actione/duplum continet, hanc legem, xij, tabu, referunt/ & in titulo arborum furtim cæsarum interpretantur iure consulti, legem vero quæ sequitur Vlpianus de verborum significatione cōprobat/tradens nō improprie ab aliquo dicitur lege eam obuentre hereditatem/quæ etiam e testamento defertur; quia lege, xij, tab, secundum eius sententiam testamentariæ hereditatis confirmātur, Sed & Iustiniani testamento sui & necessarij heredes instituti velint/ nolintve: sicut ab intestato e lege, xij, tab, heredes fiunt; & sic lex hoc casu hereditas e testamento delatas confirmat, Porro in alia lege quæ sequitur/ & in alijs locis morbum fonticum Iulianus/ Modestinus/ Cassius/ & Venuleius/ vt in pandectis habetur: pro morbo perpetuo/ & cuiusque rei agendæ necesse acceperunt; & ideo æqua ratione/ cum iudex vel alteruter e litigatoribus morbo fontico laborat; & impeditur; ipsa lex, xij, tab, diē iudicij differt; siue in iure iudicanda; vt Iulianus libro pandectarum altero & quadragesimo scribit; siue cum quis in iudicio se sistere promiserit; vt apud Vlpianum de cautionibus in iudicio sistendi causa factus scriptum inuenimus, Paulus tamen de iudicijs ait/ morbum fonticum iudicandi necessitatem remittere; & ideo iudicem mutari debere nō simpliciter esse diem iudicij differendum, Ultima lex quam retulit; de aqua pluvia disponit; & eam post veteres:

## LIBER SECVNDVS

Pomponius de statuliberis hoc modo interpretatur: si aqua pluuia nocet: id est nocere poterit: nã vt Vlpianus scribit: p aqua pluuia arcendæ actionem auertitur aqua/ quæ nocitura est: & in damno nondum facto: dummodo opus iam factum sit: hæc actio locum habet: hoc est de eo opere; ex quo damnum timetur: hæc actio competit: totiensq; locum habet: quotiens manufacto opere aqua agro noctura est: & cū quis manu facit/ quo aliter aqua fluat/ quam natura fluere solet: vt si forte immittendo eam/ aut maiorem/ aut citatiorem/ aut vehementiorem fecerit: aut si comprimendo eandem redundare effecerit: porro si natura aquæ noceat: hæc actio locum non habet. Aquam pluuia iure consulti eam appellant: quæ de cœlo cadit: atque imbre excrescit: siue per se hæc aqua cœlestis noceat: vt Tuberò ait: siue cū alia mixta sit: de hac re ipsi iure consulti integrum habent titulũ: & ideo quia in huiusmodi aqua incassum vltra pgrederer: alias. xij. tab. leges referam.

SI STATUS DIES SIT CVM HOSTE: VENI-  
TO. ITEM ADVERSVS HOSTEM AETERNA AV-  
THORITAS ESTO. QVI ERIT TESTATOR/ LI-  
BRIPENS VE FVERIT/ SI GRAVI CRIMINE DAM-  
NETVR: IN TESTIMONIVM FERIATVR: IM-  
PROBVS INTESTABILISQVE ESTO. Hæ leges quia  
mancæ sunt: vix sanum recipiunt intellectum. nihilominus  
sic eas veterum scripta contemplati seriatim intelligimus: &  
interpretamur: vt qui in iudicio sisti promiserit: secundum  
suam promissionem sistat: Iustiniano enim auctore: cõuen-  
tus accepto libello: quod in iudicio vsque ad terminum litis  
permaneat nudam dare promissionẽ/ vel pro qualitate pson-  
næ suæ satisfactionẽ præstare cõpellitur: aut in iudicio sisti  
iure iurãdo pmittere cogit. hæc. xij. tab. lex parere huic pmis-  
sioni iubet: vnde Plautus ait: oportet ire: dies est status cū hõ-  
ste. alioquin si statũ non sit: adiectã pœnã reus/ aut fideiussor

præstat: aut si cerra pœna in promissione non accesserit: incerti cum altero eorum in id quod interest/agendum esse Cæsius & Ulpianus libro digest. secundo crediderunt. & scripserunt. Et tanta huiusce legis. xij. tab. autoritas erat: vt etiam milites dum in verba ducis exercitus iurarent: hanc legem exciperent: Militibus enim scriptis dies quo adessent/ & citati consuli responderent/ præfiniebatur: deinde vt adessent: iurandum concipiebatur. nisi funus familiare/ aut feriæ vindemiales essent: & nisi morbo fontico/ auspiciove/ quod sine piaculo præterire non liceret/ detinerentur: & nisi sacrificium anniuersarium haberent/ quod eis absentibus recte fieri non posset: aut ius/ hostis ve status/ condictusve dies cū hoste foret: postri die aut quam per eas causas liceret: se venturos deinde promittebant milites. Si quis tamen ad testimonium desideratus/ aut sine dolo malo suo municipalis muneris causa impeditus/ aut valitudine/ vi fluminis/ tempestate/ domesticoq; funere/ aut alijs id genus impedimentis prohibitus/ in iudicio secundum suam promissionem non steterit: exceptione adiuuandus/ atq; excusandus est: vt Paulus/ Ulpianus/ & alij plures iureconsulti dicunt: nam & ipsa. xij. tab. lex iudice vel alterutro e litigatoribus morbo fontico impedito/ diem iudicij: vt paulo aute retulimus: diffusum esse iubebat. Quod si nostri iuris obseruandi adeo cupidus existas. vt plura de hac re exigas/ nostras pãdectas adi: & in eis aliquot de iudicio sisti titulos iuenies: qui mea opinione tuo satisfacient desiderio. Lex quæ deinde sequitur: perpetuam in aduersarium dat actionem: nam actiones quæ ex lege/ senatusve consulto/ siue e sacris constitutionibus proficiscuntur/ perpetuo competere antiquitus/ id est hac. xij. tabu: lege solebant: vt Iustinianus ait: æternam enim autoritatẽ aduersus hostem habere/ est perpetuo posse contra aduersarium experiri: vt ex Atinia lege ostenditur/ quæ authore Gellio rei subreptæ æternam esse autoritatem volebat: quod.

## LIBER SECVNDVS

nihil aliud est: vt iure consulti interpretantur: quam nunquā posse rem furtiuam vsucapere sed posse eam semper vendi dare. His postmodum actionis sacrae imperatorum constitutiones triginta annos tantum dederunt: Realibus vero ad rem mobile triēnium/sed pro re immobili inter praesentes decem annos/& inter absentes viginti constituerunt. Et quia annale praetoris imperium erat: actiones ex propria eius iurisdictione pendentes/nisi in furem manifestum/aut bonorum possessori competere/anno extinguebantur: sicut a nostris iuris peritis didici: Hostis in praedictis. xij. tabu. legis teste in officijs Cicerone peregrinum significat: hoc em̄ verbo maiores/vt a Tullio & Varrone traditum est: peregrinum/qui suis vteretur legibus: dicebant: postea Romani vt lenitate verbi tristitiam rei mitigarent/perduelles hostis vocarunt: vt post Tullium & Varronem Caius quoque de verborum & rerum significatione tradit. vltima lege aliqui ferre testimonium prohibentur: quidam certe propter reuerentiam: vt libertus: quidam ob lubricum consilij sui: vt impubes: alij propter notam/& vitae suae infamiam/vt publico iudicio damnati: cum bestijs mercede pugnantes/& palam quaestum facientes/non sunt ad testimonij fidem lege iurata admittendi: vt apud Calistratum inuenitur: sed haec lex graui crimine damnatum/improbum intestabilemque reddidit/quaer ob verbum intestabilis hunc sensum vt quauis alia lex hoc vocabulo vtens secundum Carij interpretationem recipit: vt eius damnati testimonium non recipiatur: neue ipsi damnato testimonium dicatur: vnde cum ob carmen famosum damnatus e senatusconsulto intestabilis fiat: nec testamentum facere/nec ad testamentum adhiberi testis Vlpiani/Archadij ve responso poterit: nec est mirum quonia verbu testor a quo intestabilis fluit/sicut confiteor/& quaedam alia auctore Gelio & Prisciano communerant. eapropter in alia lege. xij. tab. aeris confessi passiuē legimus. Et Aulum Tibe

ritūq; filios duorū prædiorū hēdes Seruius Oppidius moriēs his v̄bis apud Horatiū itestabiles reddebat; præterea ne vos tūc ille ḡtia: iure iurādo astringā ābo; vter ædilis fuerit ve vestrū prætor; is itestabilis; & facer esto, Libripēs cuius hæc lex meminit in testamēto adhibebat; quod p̄ familiæ emācipationē fiebat; tria em̄ fuisse testamentorū ḡna e Gelio & Iustiniāno accepimus; vnū quo Romani in pace & ocio vtebantur; & calatis comitijs i cōtione ppl̄i fiebat; alterū cū viri ad prælium faciendum in aciem vocabantur; in procintu fiebat; tertium genus testamentorum per emancipationem/ id est imaginariam quādam v̄ditionem quinque testibus/ et libripēde ctuibus Romanis puberibus/ & familiæ emptore presentibus componebatur; & ideo per æs & libram id testamenti genus dicebatur; sed duo prima testamentorū genera diffuetudine sublata sunt; id vero quod p̄ æs & librā fiebat; partim remāsit; & partim esse in vsu desit; vt præclare Iustinianus explicat; sed ne in occulto habeat; quod vnū testamēti genus fuisse aliqñ calatis comitijs factū diximus; scire oportet comitia quæ p̄ collegio pōtificum/ aut regis sacrorū flaminū aut inauguratorū causa habebantur; Labeonis testimonio calata fuisse appellata; & iisdē comitijs sacrorū detestatio/ & testamēta fieri solebāt; vt de primo testamētorū genere relatū est; alia certe quædā comitia erāt; quæ curiata/ & centuriata dicebantur; & vt Gelius elegāter tradit; Curiata p̄ licitorē curiatim calabātur; id est cōuocabant; & i eis e gñibus oim ferebat suffragiū; Centuriata vero nō i forū vt curiata/ sed i cāpū Martiū p̄ Cornicinē cōuocabant; & i eis ex censu & atate suffragiū ferebat; quod si e regionibus & locis suffragia ferebant; tributa comitia dicebant. Et comitia vn̄iuerso cōuocato ppl̄o dicebant; aloquin cōsiliū erat; & iō q̄ tribuni ad plæbē tulerūt; nō leges p̄prie/ sed plæbiscita appellātur; quia ad id neq; aduocabantur patricij; neq; ad eos vlla gestorum fiebat relatio Alia lex. xij. tabu. erat.



## LIBER SECVNDVS;

VIAE LATTITVDO IN PORRECTVM OCTO PEDES: IN ANFRACTVM; IDEST / VBI FLEXVM EST: SEDECIM HABETO. VENDITAE RES ET TRADITAE POST PRECIVM SOLVTVM / AVT SI ALIO MODO SATISFACTVN EXISTAT: EMPTORI ACQ VIRVNTOR. VENDENDI STATVLIBEROS IVS POTESTASQ VE IESTO. Q VODCVNQ POSTREMVM POPVLVS IVSSERIT: ID IVS RATVMQ VE IESTO. *Via cuius prima lex meminit: actum & iter in se continet; & ius eundi / agendi / & ambulandi a iureconsultis dicitur: & hanc legem sicut descripta est: Caius lib. pandecta, octauo retulit. Via tamen secundum Pauli responsum vel latior octo pedibus / vel angustior constitui potest: vt tamē eam latitudinem habeat / qua vehiculum ire Possit; alioquin non via sed iter esset. Legi deinde relatā accommodatur / quod Iustinianus ait; vt venditā res et traditā non aliter emptori acquirantur / quam si venditori precium soluerit; aut alio modo promissione vel pignore dato satisfecerit; quod quidem licet hac lege, xij. tabu. caueatur; tamen etiam iuregentium / id est naturali iure Iustiniano authore id effici recte dicitur. Aliud ipse Iustinianus addit; quod hac lege expressim non cauetur; vt si vendens fidem emptoris secutus rem tradiderit / statim res ipsa emptoris fiat. Et statuliberos venundari posse leges, xij. tab. etiam putauerunt; duris tamen conditionibus vt Modestinus ait; in venditione minime onerandi sunt; veluti ne intra certa loca seruiant; aut ne vnquam manumittantur. Sunt autē Statuliberi; vt eleganter Paulus diffinit; qui in tempus / vel conditionem / statutam vel destinatā habent libertatē. Emptionis quoque verbo legem, xij. tab. omnem completi alienationem Pomponius credidit. Postremo non inelegāter vna xij. tab. lege cautum est; vt vltimo loco constitutum a populo / ratum haberetur; quod hodie seruamus ad vnguem: non*

enim est nouum Pauli testimonio vt priores leges ad posteriores trahatur; sed & posteriores leges ad priores pertinet; nisi contrariae sint; quo casu antiquae noua abrogat; vt apud Lium huius legis autoritate. P. Sempronius plæbis tribunus affirmat. Illud quoque; vt Iulianus scribit; receptum est; vt non solo legislatoris suffragio; sed etiam tacito populi consensu leges per dissuetudinem abrogentur. olim tamen Romanorum seditionibus hæc lex. xij. tabu. interdum neglecta fuit; nam cum ambo consules iuxta vetus institutum e patricijs aliquando crearentur; Tribunis Intercedentibus Fabius iterrex huiusce legis autoritate plæbiscitum a Licinio de altero consule ex plæbe creando nouissime latu tueri voluit; vt Lius refert; sed non obtinuit quin. C. Potitius & M. Valerius publicola patricij ambo; secundum vetus institutum crearentur consules; præterea cum lex Aemilia vt pote vltima in tempore Censuræ antiquam abrogasset; nihilominus Appius Claudius secundum legis antiquæ dispositionem censuram gessit; & hanc. xij. tab. legem aliter quam dixerimus interpretabatur; quod. P. Sempronio plæbis tribuno summo opere displicuit; vt in nono Lii libro abunde legitur. Complures alia in. xij. tabu. leges fuerunt; sed omnis enumerare infinitum esset. Et has leges. xij. tab. pueri vt carmen necessarium discebant; sicut Cicero testis est; sed iam ipsius Ciceronis tempore eas nemo discebat. Ad harum autem legum descriptionem rursus mutata fuit Romanæ ciuitatis forma a consulibus ad viros decem/ anno secundum Lium trecentesimo altero quam condita fuerat; quæ mutatio repetitis paulopost consulibus nequaquam diuturna fuit. Etenim vt leges a posthumio; Sulpitio; & Maulio legatis e gratia allatæ transferrentur; & describerentur; Decem viri sine prouocatione creati sunt; & ne quis eo anno alius esset magistratus; & ex patribus hac conditione; Ne lex Iulia de Auentino/ aliæque sacratæ leges abrogarentur. Decem

## LIBER SECVNDVS

viri hi fuere: Appius Claudius: T. Genutius cōsules in eum  
 annum designati: Sextius anni prioris consul alter: & SP.  
 Posthumius: P. Sulpitius: & A. Manlius pro legationis præ  
 mio creati. L. que Veturius, C. Julius, P. Curatius, T. Romu  
 lus ætate graues: qui leges translatas decem tabulis exposue  
 runt, mox cum satis correctæ viderentur/centuriatis comi  
 tijs eas pertulerunt: ac simul se magistratu abdicarūt, Sed cū  
 his tabulis ius Romanorum n̄ inime absolueretur: anno se  
 quenti Decem viri iterum creati fuerunt: Appius Claudius:  
 M. Corelius: M. Sergius: L. Minutius . Q. Fabius Vibula  
 nus: M. Rabuleius: T. Antonius: & tres plæbēij: Q. siue vt alij  
 volunt: T. Petilius: Cæso dullius: & SP. Oppius qui duas ad  
 iecerunt tabulas: dicteque sunt leges duodecim tabularum.  
 Quibus additis cum pacto dominationis hi viri magistra  
 tum sibi prorogarent: nec eo magistratu respublica vterius  
 indigeret: vnusque ex ipsis Appius Claudius Virginij fi  
 liam virginem ingenuam per vim libidinis gratia in seruitu  
 tem asserere conaretur milites primum authore Virginio  
 mox plæbs vrba Auentinum montem occupauit: Decē  
 viros abdicare se magistratu præcepit: eosq; omnis aut mor  
 te aut exilio in urbē reuerſa puniuit: Appius vero Claudius  
 mortem in carcere sibi consciiuit: & ita respublica creatis cō  
 sulibus rursus statum suum recepit. At cum his, xij. tab. legi  
 bus aliqua duricies contineretur: vt apud Gelium Phauori  
 nus philosophus contra Cæciliū iurecōsultum multis ra  
 tionibus ostendit: nec vlla lex Iuliano authore ad omnia  
 sufficienter ab initio promulgata videatur: cum vt Cæcilius  
 respondens Phauorino/ & Valerius apud Litiū in bello  
 Macedonico dicebant: legum oportunitates & medelæ pro  
 temporum moribus/ & pro rerum publicarum generibus/  
 & pro vtilitatū presentium rationibus/ proque vitiorum  
 feruoribus/ quibus medendum est: mutentur/ & flectentur.

Ideo populus Romanus angustare / & ampliare ius xij. tab. postea cœpit; leges sicuti ante decem virorum creationem solebat; interrogante Senatorio magistratu veluti consule constituendo. vnde apud Gellium libro decimo Atteius Capito iuris peritus legem esse dicit; iussum populi rogante magistratu; cuius caput / & origo / & quasi fons sicut & plæbisciti rogatio est; Ista enim vocabula rogationis principali genere / & nomine continentur; nam nisi plæbis aut populus rogatur; nullum plæbis / aut populi iussum fieri potest. Nec ab re legem rogante magistratu fuisse a populo constitutam Capito dixit. quoniam varij magistratus; vt in lege magistratuum dictum est; leges a populo rogarunt. frequentius tamen rogante consule leges a populo fiebant; quapropter tuemur iuris peritos nostros; qui legem esse dicunt; quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante veluti consule constituebat. Quod autem populus suis legibus ius. xij. tabu. angustauerit; in lege Eliescentia constat; & apparet; nam cum vna lex duodecim tabularum / authore Pomponio de verborum significatione sic scripta esset; vti quis legasset; ita suæ rei ius esto; & illis verbis latissima potestas heredes instituendi / legata & libertates dandi / tutelas quoque constituendi / tributa videretur; huic legi in heredis inscriptione / & libertatis datione Eliescentia derogauit; qua cautum fuisse Celsus de heredibus instituendis tradit; vt si duo plures ve serui ex eadem causa heredes ab eo qui non est soluendo / scripti essent; vti quisque primus scriptus esset; heres esset; non autem omnes; sicut legi duodecim tabularum placuit; lex Eliescentia heredes esse voluit. præterea cum eadem lex. xij. tabu. liberam dandæ libertatis facultatem vt dictum est; præberet; Eliescentia ita demum seruo qui in fraudem creditorum; heres institutus esset; libertatem conser-

## LIBER SECVNDVS

uat: si nemo alius ex eo testamento heres esse possit: vt loco eodem Paulus scriptum reliquit. Econtrario populum suis constitutionibus, xij. tabu. ampliasse/ et suppleuisse testis lex Iulia maiestatis erit, quæ eum teneri præcepit: qui in bello cesserit: aut arcem tenuerit: castrave concesserit: & qui in iussu principis bellum gesserit: aliterve maiestatem publicam læserit, licet eum dumtaxat qui hostis concitasset: qui ve opem hosti tradidisset, lex, xij. tab. capite puniri disposuerit, & horum similia in iure ciuili lectitabis. Modum certe leges a populo rogandi hunc fuisse legimus; vt trino promulgarentur nundino; id est vt Valla lib. eleg. iij. opinatur: tribus in locis vno die/ aut tribus diebus vno in loco celebrarentur; nec alio modo iure lata esse dicebatur; nam cum non quoque die; vt Macrobius ait; rustico opere/ rureque intermisso/ populus ad mercatum/ legesque audiendas Romam veniret; lex primo foro/ & secundo legebatur; at tertio forocum turba ex agris venisset; rogatio fiebat; & præco subiçiente scriba verba legis populo referebat; deinde consul an lex placeret; populum interrogabat; demum respondendo populus fanciebat; Sed hæc deinde; vt idem Macrobius refert; negligentius obseruata/ & postremo abolita fuerunt. Lex præterea in æs incisa in ærarium condebatur; nec post hæc vt e Tranquillo in vita Iulij didicimus: eam corrigere licebat; prætereo quod vbi duæ sunt contrariæ leges / antiquæ noua abrogat; vt apud Liuium libro. nono reperitur. Nec suscipiente postea senatu reipublicæ curam/ populi omnino circa ius constituendum potestas exoleuit: vt leges aliquot latae senatu reipublicæ curam habente probant; Pompeia de parricidijs/ Cornelia de falsis/ & Cornelia de sicarijs/ omnes pauloante Iulium late; qui harum constitutionum authores Pompeium & Syllam vidit; Cæsar quoque cõsulatum cum Bibulo gerens postea legem Agrariam tulit: Quinimmo Octauiani imperatoris temporibus suscepti

consules Papius & Pompeius legem Papiam & Pompeiam secundum Gratianum tulerunt: & falcidiam falcidius plæbis tribunus, Sed ut primam ciuiliſ disciplinæ speciem abſoluamus; memorare consules & alios magistratus conuenit; qui post. xij. tab. leges ad populum tulerunt; dicemus igitur post Liuium: Nepotem: Gelium: & Macrobiū Satur. iij. Blondumque in Roma triumphante/ & iureconsultos/ Philiphum/ & alios/ quas leges post. xij. tabu. populus Ro. consule & alio magistratu interrogante constituerit: nō omnis leges tamen enumerare proponimus: sed eas tantum: quarū vetusti scriptores crebrius meminerunt.



**EX VALERIA ET HORATIA.** Post sublatam decem virorum potestatem, L. Valerius/ & M. Horatius cōsules creati/ cum veluti in cōtrouersia esset/ an patres plæbiscitis tenerentur: legem centuriatis comitijs tulere: vt quod tribuni plæbis iussissent: ppl̄ steneret. Et ne quis vllū magistratum sine prouocatione crearet; quod si aliquis creasset/ eum occidi ius fasque esset; neue ea cædes capitali noxæ haberetur. Sanxerunt etiam/ vt caput eius qui tribunis plæbis/ ædilibus/ iudicibus/ decem viris nocuisset: loui sacrum esset; & familia ad ædem Cereris liberi libereque vñum irent. duas leges tamen nouissimas ipsi consules non inuenerunt; sed alteram de prouocatione decemuirali potestate euersam/ alteram quæ iam memoria aboluerat; renouarunt; & etiã in posterum munerunt. & variam vltimæ legis interpretatiōnem apud Liuiū libro tertio videbis. Institutum etiam ab hōdem consulibus fuit: vt senatuscōsulta in ædem Cereris ad ædiles plæbis deferrentur; quæ ante arbitrio consulum supprimebantur/ & nunciabantur; postea autem senatuscōsulta ad ararium deferri institutum est; vt ex. M. Cicerone Philiph. quinta/ & Tranquillo in vita augusti colligitur: hōdem cōsules cōtra hostis profecturi priusquã urbē egrederentur: duo

## LIBER SECVNDVS

decim tabulas in æs incisas; in publico pposuerūt; quod iussu tribunorū fuisse ab ædilibus factum aliqui tradunt.



**EX AEMILIA.** Mamercus Aemilius dictator propter belli suspicionē/quam hostes præbebant: dictus est; Sed eis pacatis/materia quærende bello gloriæ adempta/in pace aliquid operis edere cupiens/quod monumentum esset dictaturæ; legem tulit; ne plusquam annua ac semestris Censura esset; cum vetere instituto seu malueris lege. xij. tabulis magistratus quinquennio duraret; & huius Aemiliæ legis interpretationē L. Iulius libro nono ponit. post centesimū tamen annum/quā lata est; Ap. Claudius supradictodeuiginti menses inuitis aliquot, Tribunis/summaq; omnium ordinū inuidia solus Censurā gessit. Augustus vero morum legūq; regimen/idest Censuram perpetuā sicut Cæsar recepit; & ter censum populi primū ac tertium cū collega/mediū solus peregit. Et causam huius legis ferēdæ apud Liuū li. iij. reperies; indignū em̄ Aemilius esse credidit; cū alij magistratus annui essent; vt Censura magnus magistratus quinquēnalis esset.



**EX PAPHYRIA.** L. Papyrius Crassus/& L. Iulius cōsules legem de mulctarū æstimatione valde populogrātā ferre præoccupauerūt; cū eā ab Tribunis parari vnus ex collegio prodicione excepissent.



**EX MANLIA.** Gn. Manlius cōsul legē de vicecima eorū qui manumitterētur; nouo exēplo ad Surtium in castris tributim tulit. & quia ea lege magnum vectigal inopi ærario additū esset; patres fuerunt authores; cæterū Tribuni plebis non tā lege quā exemplo moti/leges in castris ferre deinceps prohibuerunt.



**EX VALERIA.** Cū milites Claudio Martio Rutilio/& Quinto Seruilio cōsulibus adimēdæ Capanis Capuæ consilia inissent; atque secessissent; vt reconciliarentur; M. Valerius Coruinus Dictator

legem sacratam militarem tulit: ne alicuius militis scripti nomen nisi ipso volente deleteretur: & ne quis ubi tribunus militum fuisset: postea ordinum ductor esset. alij omnem rem actam non per dictatorem / sed per consulem ferunt: quod non refert.



EGES PVBLIAE, P. Philo dictator tris leges fecundissimas plebei / aduersas nobilitati tulit: vnam vt plebiscita omnes Quirites tenerent. Alteram vt ante initum suffragium patres legum quae comitijs centuriatis ferretur / auctores fierent: quod ante non erat: vt e Lio libro primo ab urbe condita intelligere licet: na post initum suffragium / & leges a populo rogatas / patres si dignas leges populus sanxisset: auctores fiebant. Tertiam legem tulit: vt vtrique Censorem plebeium fieri liceret: quoniam licet censura patricius esset magistratus: eo tamen iam ventum erat vt alter censor vtrique ex plebe crearetur.



EX PETILIA, C. Petilius / & L. Papyrius Mugilanus siue censor consules legem ad populum tulerunt: vt nullus nisi qui noxiam meruisset: donec poenam lueret: in compedibus aut in neruo teneretur: neque in posterum aliquis ob aes alienum neceretur: sed pecuniae creditae bona debitoris / non corpus obnoxium esset: itaque nexi soluti fuerunt. hac lege iuri. xij. tab. & senatusconsulto / quo debitores neci / & creditoribus traditi poterant: obrogatum est: luuenem enim forma & aetate praclarum ob aes alienum paternum is nexum habebat: quem verberibus lacerauit. propterea quod sibi prosternere pudicitiam aspernabatur. haec ratio fuit: quare ruptum est ingens fidei vinculum: ferreque legem praedictam consules iussi fuerunt.



## LIBER SECVNDVS



**EX VALERIA.** Martius Valerius cōsul legē de prouocatione tulit qua eū qui prouocasset: virgīs cædi/securique necari vetuit; si quis aduersus ea fecisset; nihil vltra quam improbe factum adiecit. id ob pudorem hominum qui tūc erat: satis validum huiusce legis vinculum visum est: nūc vix seruo suo ita minatur quisquam. Sed Portia lex deinde lata vehementior fuit; nam eum qui Romanum cūem verberasset: necasset ve; graui poena afficiebat. Hæc lex Valeria tertio post reges exactos lata est; semper a familia eadem; primum a. P. Valerio publicola; Secūdo a. L. Valerio statim post. xij. tabu. Tertio a Martio Valerio/ de quo hic loquimur. & causam huius legis renouandæ sapius hanc fuisse Lūius libro decimo credit; quod plus Paucorum opes/ quā libertas plæbis poterant.



**EX POMPEIA.** Gnæus Pompeius Strabo magni Pompeij pater: veteribus incolis transpadanis legis ius latij dedit; & quod cæteræ coloniæ latinæ habebant; id est vt petēdi magistratus/ & ciuitatis Romæ ius adipiscerentur.



**EX FABIA.** Fabius poenam his adiecit/ qui nō certo numero; vt ante fuerant definiti; deducerent/ et se cōtarētur candidatos in cāpum comitiōrū tempore.



**EX ANNARIA.** Ea lex authore festo annos finiuit; quibus magistratus capiendi potestas sit. venia huius legis impetrata Antoninus Commodus consul ante quintum & vigesimum annum factus est. Sed Augustus ad motis hostiliter ad urbem legionibus/ missisq; qui sibi nomine exercitus primum consulatum deposcerent; ipsum consulatum vigesimo ætatis anno contra hanc legem inuasit; nam cūctante Senatu Cornelius centurio princeps legationis reiecto sagulo ostendens gladij capulum in curia dicere non dubitauit; hic faciet; si non feceritis vos. Scipioni

autem Africano primum ædilitatem/deinde cōsulatum populus Romanus ob insignem eius virtutem ante tempus legitimum detulit, ast nostræ ætatis homines non virtus aut doctrina/sed vis ac pecunia ingens/scelusve/ab obseruatione legis annariæ soluit; vt ante ætatem & tempus honores/magistratus/& sacerdotia capere possint. Scipionis etiam filium Scipionem Aemilianum Romani in primo consulatu hac lege soluerunt; vt ante annos consul fieret, & T. Flaminium nondum triginta annos natum consulem cum Sexto Aelio designarunt, Marius quoque filius septimo & vigesimo ætatis anno consulatum Sertorio inuito contra leges occupauit; quem honorẽ tã immaturũ mater defleuit; vt e Cornelio Nepote didici. Sed & Germanicus Cæsaris Caligula pater quaesuram quinquennium antequã per leges liceret/& post eam statim consulatũ gessit, Didius vero Iulianus ante annũ quã legitima ætas sineret/prætor Marci suffragio fuit.

**L**EX ARETINA. Cum ob nummorum penuriam auctore Plutarcho in vita publicolæ mos priscus irrogadæ mulctæ per magistratus ouis aut bouis nomine fuisset; Lex Aretina cõstituit; vt ouis are deno; bos are centeno definiri intelligatur; & cur lata fuerit Gelius capite primo libri vndecimi ostendit.

**L**EX CINTHIA. Cinthius legẽ tulit. Ne quis ob causam orãdam domum pecuniam ve acciperet; huius legis. Q. Maximus vt Cicero de senectute refert; sua for fuit, & hãc legẽ ipse Marcus Cicero neq; dona/neq; mercedẽ ex patrocinijs ab vlllo recipiẽs diligenter obseruauit.

**L**EX ACILIA. M. Acilius Glabrio legẽ de pecunijs repetundis seuerissimã tulit; qua ne comperẽdinarum quidem reum finit, post de eadem re Iulius legem Iuliam repetundarum tulit; quæ multa complectitur capita; & ea fascinosi partim exilio; partim durius prout admiserit; extra ordinem puniuntur.



## LIBER SECVNDVS



EX PAPIA, Papius consul & ciuis Romanus; ne vrbe Roma peregrini vterentur; lege vetuit.



EX LATORIA, Q. Latorius cum adolefcen-tes in contractibus circūueniri ſolerent; poenā eorum deceptorī adiecit. Hodie prator eis per in integrū reſtitutionem ſubuenit. Alia lege latoria cautum eſt; vt ſi quiſpiam pupillorum

bona diriperet; poenas lueret accerrimas.



EX LICINIA ET MUTIA, cum ſumma cupiditate vrbe Romæ populi Italici tenerētur; & ob id magna pars eorum, pro ciuibus Romanis ſe gereret, P. Licinius Crallus orator; & Q. Mutius Scaeuola pontifex maximus orator & iurifcōſultus / Mapienſiſſimi conſules legem de ciuibus regendis in eorum conſulatu tulerūt; vt in ſuæ ciuitatis ius quiſque redigeretur.



EX PAPIA, Papiæ lege cautum eſt; vt pontificis maximi arbitratu virgines e populo viginti legerentur; ſortitoque in contione ex eo numero Veſtalis fieret; Sed ea ſortitio poſtea lege Papiæ non neceſſaria viſa eſt; cum cuiſlibet honeſti generis, filiam ad ſacerdotium, P. M. offerre permitteretur; & ideo Auguſti tēporibus quum in demortuæ Veſtalis locū capi aliam oporteret; multique ambirēt; ne filias in ſortem darent; adiurauit ipſe Auguſtus; ſi cuiquam neprium ſuarū competeret atas; oblatorum ſe fuiſſe eam. Et miror quod in quinquaginta digeſtorum libris nulla Veſtaliū mentio habeatur; cum ſicut apud Geliū & Fenefteſtam legimus; prator eas ad iuſiurandum edicto ſuo non admiferit; neque heredes cuiquam in teſtato; neq; in teſtatis quiſquam eſſet; ſed bona earum in publicum redigerentur; vt in commē- tarijs Labeonis; quæ ad. xij. tabu. compoſuit; ſcriptum erat; ipſe etiā pōtificibus traditæ; patris ſtatim poteſtatem ſine

emancipatione/siue capitis minutione exhibant; & viuo etiam patre ius testamenti faciendi adipisciebantur, ac cetera sine curatore gerebant; vt Plutarchus in vita Numae scribit; plura quoque alia antiquis legibus de Vestalibus cauebantur; quae ex Labeonis Antistii, & Atteij Capitonis voluminibus; qui diligentissime de Vestalibus scripserunt; bonus ille Tribunianus digestis inserere debuit; quorum aliqua non ab re subiecero; vt pote quia nihil eorum in digestis legimus. inter alia minorem virginem sex annis/maiolem decem negauerunt capi fas esse; & quae non sit patrima/& matrima. Item quae lingua debili/sensu ve aurium diminuta/aliam ve qua corporis labe insignita sit, aut cuius parentes alter/ambo ve seruitute seruerunt; vel in negocijs sordidis diuersantur. Emancipata quoque/aut quae emancipatum patrem habebat; licet viuo eo in aui potestate esset; Vestalis esse non poterat; alia insuper veteres iureconsulti de Vestalibus scripserunt; quae apud Gellium reperiuntur. Nostra autem aetas tantum ab hac veterum sancta obseruatione abest; vt semper contrarium fere custodiat; nam minores sex annis; & maiores decem; Item quae non sunt matrimae & patrimae capiuntur hodie, & vestae dedicantur; & si sit aliqua virgo gibbosa; aut altero oculo capta; claudicans/loripesve/seu alia corporis deformitate laborans/quare sine magna pecuniarum summa nubere nequaquam valeat; deo profinus offertur; & dedicat; nec hac tempestate nisi raro; inquirunt; si pariter seruerint; aut in negocijs sordidis diuersati sint; sed nobili ignobilive generis gines natae contra quendam coenobiorum institutum absque discrimine capiunt; quod nup Gratianopoli euenit. Emancipationis autem i vestale capiendae/aut patris eius nulla fit hodie mentio.

**H**ORTENSIA. Q. Hortensius Dictator/cum patricij plebiscitis nequaquam tenerentur; legem tulit; vt eo iure quod plebs statuisset; & patricij & omnes Quirites tenerentur, apud Plutarchum lege quadam fuisse

## LIBER SECVNDVS.

prohibitum inuenio; ne Dictatori equitare fas esset; tū quod maiores vires sic inesse/ac pedes manumque sc Dictatorē conferere creditum est; tum quod hoc medio in phalange Dictator permanere, & locum nō deserere cogeretur, quod Cæsar strenuus obseruauit; nā ancipit prælio equos, & imprimis suum dimittebat; quo maior permanendī necessitas auxilio fugæ erepto imponeretur, Fabius tamen Dictator senatus pmissiōe hac lege solutus/equo vsus est, Sed equi loco magnis priuilegijs Romani Dictatores donarūt, Et hāc legē nostro tpe hi regulariter seruāt: qui pedibus præsent.



**EX SATYRA** est/ quæ vno rogatu multa simul et varia comprehendit: vt vultis ne: iubetis ne: vt cum Iugurta bellum componatur: elephāto tradat omnis; transfugas vniuersos reddat.



**EX SCATINIA**, P. Scatinus legē tulit: qua puetorum concubitor es graui supplicio afficerentur, Varie tamen eos fuisse punitos Valerius scribit; nam Cornelius ob id delictum in carcere mori coactus est. & C. Scatinus vno teste Marcelli filio/ quem solū de stupro tentauerat; dānatus est, Lectorius quoque accusatus/ quod Cornicularium stupri causa appellasset; ante iudicij tempus se fuga primum/ deinde morte puniuit; nihilominus vniuersæ plebs sententiā crimine impuditiæ damnatus est, C. etiam Lucius tribunus militū a Plotio quem stuprare volebat; fuit occisus, Mariusq; imperator, C. Lucium Nepotem iure cæsum pronunciauit, & Cornelius Gallus prætorius: Aetheriusque Ro. eques stuprādo puerum extincti sunt, alij quotque ciuitates cum hominibus ob id delictum perierūt, hoc vitio Tiberius: Caligula: Nero: Traianus: & alij plures imperatores etiam laborarunt, Cæsarem vero Curio pater in quadam oratione omnium mulierum virum & omnium virorum mulierem appellauit: vt Tranquillus

refert; sed vt Claudius foeminas ad amavit; ita maritū expers omnino fuit, a Domitiano autem alioquin malo quidam ex utroque ordine hac lege Scatinia condemnati sunt. De hac re fuit postea vno capite legis Iuliae de adulterijs cautum, & cum nihilominus hoc vitio laboraretur; fere legem Alexāder imperator in animo habuit; ne exoleti forent; vt Lampridius scribit; bonus deinde Constantinus leges insurgere armarique iura gladio ultore iussit; vt exquisitis poenis subderentur; qui rei essent huiusmodi sceleris. mitius tamen puniri hos homines pueris abutentes Alexander pōtifex maximus in titulo de excessibus praelatorum voluit, nam sacerdotes hoc vitio laborantes vt poenitentiam agerēt; in coenobium detrudi; alios homines excommunicari iussit. Et cum Archelāus philosophus quendam diuitem capillum arte compositum/ & oculos voluptatis plenos habentem/ castū tamen & integrum vidisset; nihil interesse dixit; quibus mēbris posterioribus an prioribus aliquis Cinædus existat, qđ verbum pensitent/ qui tanta cura corpus exornant; nec alia quē incomptum/ sui que negligentem irrideant. Sed & quod Vespasianus cuidam adolescentulo sibi pro impetrata praesectura gratias agenti dixisse fertur; oculis subiiciant; nam cum is vnguento flagraret; se maluisse vt salū aboleret; Vespasianus dixit, & ad magistratum eūdem non admisit, sed & comptos iuvenes foeminarū instar Ouidius a se procul esse deprecatur.



EX APVLEIA. Apuleius legem tulit; vt publicā maiestatem minues; capitis poenam subiret; & circa laesam maiestatem ante Apuleiā lex. xii. tab. & post Apuleiā lex Iulia maiestatis disposuerat; vt in titulo de lege Iulia maiestatis legitur.



EX CALPHVRNIA. G. Calphurnius piso legē de ambitu suo consulatu tulit; quia praeter alias poenias; pecuniaria etiā poena adiecta fuit. Ambies deinde

## LIBER SECVNDVS

lege Iulia de ambitu punitus est: vnde qui in municipio contra hanc legem magistratum aut sacerdotium petebat; cum infamia in centum aureis per senatusconsultum puniebatur. Et per legem Iuliam iudicariam aureos centum reus vel accusator domum iudicis ingressus fisco inferre iuebatur: quia & in legem ambitus committebat. Et non immerito poenam in municipio dumtaxat ambientis retuli. quonia post aduentum principum /vt Modestinus ait; hac lex in vrbe cessauit. quia ad curam principis non populi fauorem tunc magistratum creatio pertinuit. aliqui tamen imperatores /vt Heliogabalus /magistratus vendiderunt: is enim tam per se quam per omnes aulicos presertim libidinum ministros honores /dignitatesque / & potestates vendidit. complures nostrae tempestatis principes. Heliogabalum insequuntur: nam suarum meretricum precibus /aut nummo magistratus / & sacerdotia indoctissimo cuique / & virtute carenti conferunt: & tribuunt. nec Theodosij preceptum custodiunt qui viros non ambitione /vel precio /sed probatae vitae / & disciplinarum testimonio ad honoris insignia debere promoueri dicebat. Ast nec Alexandri imperatoris dictum huiusmodi principes considerant: qui ideo se nolle dignitates & magistratus vendere praedicabat: quia qui emunt: vt vendant necesse est: & vt pecunias in emptione honoris expositas recuperent: subditos torquere & vexare hi ementes magistratus cogunt.



**F**EX FANIA. cum res publica e luxuria conuiuionum maiora quam credi poterat / detrimenta pateretur: bonorum consilio & sententia legem fariam consules tulerunt: Quae ludis Romanis: item ludis plebeis / & saturnalibus / & alijs quibusdam diebus in singulos dies centenos aëris consumi concessit: decem vero alijs diebus: in singulis mensibus tricenos / ceteris autem omnibus diebus denos: & lata est secundum Macrobij opinionem Fania lex anno post Romam conditam quingentesimo octogesimo

mo octauo; & post annum viceſimū ſecūdum legis Orchiaę; quę numerum tantummodo cœnantium; cohibebat; vt ſtatim in plæbiſcitis dicemus; licebatque ſecundum eam vniciuq; bona ſua inter paucos conſumere; Fauia vero ſumptum cohibebat,



**EX DIDIA.** Fauiam legem poſt duodecimginti annos Didia lex conſecuta eſt; qua cautum fuit; vt vniuerſa Italia non ſola vrbs lege ſumptuaria teneretur; vnde hac lege Italicis qui Fauiam ſolos ciuis vrbanos comprehendere æſtimabant; dubitatio ſublata eſt: Inſuper eadem cautum eſt; vt non ſoli pœna legis tenerentur qui prædia maiore ſumptu feciſſent; ſed etiã qui ad ea vocati eſſent; atq; omnino interfuſſent.



**EX LICINIA, P.** Licinius conſul diues legē poſt Didiam tulit; vt calendis/ nonis/ nundinis Romanis/ cuiq; in dies ſingulos triginta dumtaxat aſſes edundi cauſa conſumere; liceret: nuptiis ducens totos indulſit; cæteris vero diebus/ qui excepti non eſſent; ſtatuit ne amplius apponeretur; quam carnis aridæ pondo tria et ſalfamenti pondo libra/ quod e terra/ vite/ arboreve natum ſit. in hac lege ſerenda probandaque tantum ab optimatibus impenſum; eſt ſtudiū: quod conſulto ſenatus mandatum eſt: vt lege tantummodo promulgata/ prius quam trinundino confirmaretur: ab omnibus ita obſeruarietur/ ac ſi iam populi ſententia comprobata fuſſet: Imperatum eſt etiam vt patentibus ianuis/ & in propætulo pranderetur/ & cœnaretur: vt ſic oculis ciuū; teſtibus factis luxurię modus auctore Macrobio libro Satur. iij. fieret. Valerius tamen libro ſecundo iſtud antiquorum humanitati & continentię aſcribit; quum nullas haberent epulas/ quas populi oculis ſubiicere erubereſcerent; erāt em̄ inquit/ ad eō cōtinentię attēti. vt frequētius pulte quā pane vteretur. Poſtea cū iſtis legibus ſitu atq; ſenio oblitteratis



## LIBER SECVNDVS

plerique familiam & pecuniam suam prandiorum gurgitis  
 bus proluissent. L. Sylla dictator legem ad populum tulit vt  
 calendis/idibus/nonisq;/diebusq; ludorum/& ferijs quibus  
 dam solēnibus sestertios tricenos in coenam consumere ius  
 potestatisq; esset; ceteris vero diebus omnibus non amplius  
 quam ternos; suae legis tamen modum Sylla interdum ex  
 cessit. Aemylia quoq; lege ab Aemylio Scauro consule lata  
 non sumptus coenarum/ sed ciborum genus & modus praesi  
 nitus fuit; lex deinde Antia praeter sumptū aeris id etiam san  
 xit; vt qui magistratus esset; magistratum ve capturus esset;  
 ne quo ad coenam nisi ad certas personas itaret. vtinam hāc  
 legem iudices nostri obseruarent; qui apud quoscunq; co  
 medunt; & ideo interdum sententias vendunt. & pepe  
 ram iudicant. Postremo lex Iulia ad populum peruenit.  
 Caesare Augusto imperante / qua profestis quidem diebus  
 ducenti finuntur: Calendis/idibus/ nonis/& alijs quibus  
 dam festiuis trecenti; nuptijs autem & repositijs sestertij mi  
 lies esse. Quinimmo Augustus seu Tiberius Caesar; vter fue  
 rit incertū est; edicto permisit; vt per varias dierum solēnita  
 tes a trecentis sestertijs vsq; ad duo milia sumptus coenarum  
 propagaretur; vt his saltem finibus luxuriā efferuescentis  
 aetūs coerceretur. Senatus quoque decretum vetus apud Ge  
 lium de parsimonia inuenies; ex Capitonis Atteij iurecon  
 sulti commentarijs. Am. Marcellinus scribit; sumptuarias le  
 ges e rhetijs Licurgi idest axibus Romam translatas diu ob  
 seruatas fuisse; deinde eas paulatim senescentes Syllam di  
 ctatorem reparasse; cū ex dictis Democriti reputaret; quod  
 ambitiosam mensam fortuna/partem victus apponit; & qd  
 secundum Catonem censorium magna cura cibi/ magna  
 virtutis incuria esset. Has de sumptibus leges retuli; vt sciret  
 nostrae aetatis homines Priscos leges circa vnāquaque virtu  
 tem tulisse; maxime in secūda & tertia reipublicae specie. has  
 enim sanctiones ad temperantiae custodiam excogitarunt;

vt parsimonia/vicius atq; coenarum tenuitas nō domestica solum obseruatione ac' disciplina/sed publica animaduersione/legumq; complurium sanctionibus custodiretur. Sed prohdolor dissuetudine oblitteratae sunt. hinc est quod rustici nostrates centum dotis nomine recipientes supra mediā dotis partem in nuptijs conuiuando consumunt: quod nō fieret si praedictae lege s nunc seruarentur: solent tamen praesides & magistratus: vt scribit Vlpianus: bonis interdiceret lege. xij. tab. prodigis curatores dando qui neq; tēpus / nec finem expensarum habent: sed bona sua dilacerando & dissipando profundunt.

**L**EGES CORNELIAE. Cornelius consul legem tulit: Ne quis legatis exterarum nationum pecuniā expensam sœneraret: quoniam pecunia eis mutuo data / vsura / turpiaque / & famosa ex eo lucra fiebāt.

Idem & aliam legem Ciceronis tēpore tulit: vt Asconio placet: Ne quis in senatu legibus solueretur: nisi senatores ducti adfuissent. Ne quis cum absolutus esset: cum ea de re ad populum ferretur: intercederet. alijs tamen in rebus ad extēplum pertinentibus centum senatores sed non pauciores senatus cōsultum facere poterant: vt ex Lūio libro nono bel. maced. de bacchanalibus loquente intelligere licet. Tertiā legē idē Cornelius tulit: vt praetores edictis suis ppetuis ius dicerēt. Fuit insup quaedā lex Cornelia / quae Iuliano auctore de testamentis / perinde eorū qui in hostium potestate decedserunt: testamenta confirmat: ac si hi qui ea fecissent: in hostium potestatem non peruenissent: & hereditas ex his eodē modo ad vnūquēque pertinet.

**L**EGES CASSIAE. Cassius Longinus. L. filius legē C. Mario / & G. Flacco cōsulibus tulit: qua populus per tabellā suffragiū ferret. hāc fuit vna e quattuor tabellarijs legibus / quas Cicero de legibus refert. Idem alteram legē ad minuēdam nobilitatis potentiā tulit:

## LIBER SECVNDVS;

vt ille quem populus damnasset; cui ve imperium abrogasset; in senatu non esset.



**EX CORNELIA.** Cornelius legem in eum tulit; qui sciens dolo malo testamentum/vel alias tabulas falsas scripserit/signauerit/recitauerit/subiecerit/qui ve signum adulterinum fecerit;sculperit; expresserit; & ob testimonia falsa pecuniam acceperit. Seruus quidem ultimo supplicio; liberos autem deportatione/omnium quoque bonorum publicatione affecit. Sed lege. xij. tab. qui fallum testimonium dixisse conuictus erat: saxo Tarpeio deiciebatur; vt Gellius libro vigesimo retulit; quae poena in omni crimine perijt; nemo enim sic hodie damnari potest auctore modestino de poenis vt de saxo praecipitur. Est altera lex Cornelia de Sicarijs /quae homicidas ultore ferro persequitur; vt eos qui hominis occidendi causa cum telo ambulant; continet & alia capita; vt e digestis apparet.



**EX AVRELIA.** Cum Sylla ad diminuendam plebis potentiam multos ei magistratus ademisset; Aurelius Cotta praetor eo tempore quo Verres a Cicerone accusatus est; legem tulit; vt plebi interceptos magistratus reassumere liceret; & communicata per eam sunt iudicia senatui; equitibus Romanis; & Tribunis aerijs; vt ex his tribus ordinibus iudices lecti res iudicaret; vnde & lex iudiciaria dicta est. Caesar postmodum ad duo genera iudicum equestris ordinis; ac senatorij iudicia redegit; & tribunus aerijs /quod erat tertium genus; sustulit.



**EX ROSCIA.** L. Roscius Otho consul legem tulit; vt in theatro equitibus Romanis ordines quattuordecim spectandi gratia darentur; quod plebi displicuit; nam se per hanc legem ignominia affici existimauit; cum haecenus in theatris equites plebi commixti ludos spectassent; quare tantisper aduersus Othonem in specta-

culum prodeuntem/ equitibus læto plausu eum suscipientibus plæbs contumeliose sibila dedit; dum Marcus Cicerò cõsul hæc plæbis insolentiã in phano Bellonæ increpuerit;



**L**EGES Pompeiæ. Gn. Pompeius magnus legem tulit; vt Quæstor ex his qui cõsules fuerant; suffragio populi crearetur. Alteram de iure magistratuum renouauit; ne absentis ratio in comitijs haberetur; & vt a petitione honorũ absentes sum; mouerẽtur. Marij tamen absentis ratio habita est; nam populus eum absentem propter Cymbros & Theutones secũdo consulem designauit; & Lucullus sua in Marcum fratrem humanitate/ vsque adeo populi gratiam tenuit; vt cũ eo absens ædilis declaratus fuerit propter hanc legem Marcellus cõsul ad senatum retulit; ne absentis Cæsari petitio secũdi cõsulatus daretur; quoniam plæbiscito/ quo ei petitio data fuerat; Põpeius hac lege postea generaliter lata abrogauerat; Aliam legem idem Pompeius tulit; vt si quis parentis/ aut filij facta clam/ palãve præparauerit; insutus culeo/ cum cane/ gallo gallinaceo/ vipera/ & simia in mare proximum/ vel in amnem proijceretur. vt inter ferales angustias comprehensus omnium elementorum vsu/ viuus carere incipiat; & ei cœlum supersiti/ terra mortuo auferatur. hac pœna tamen non nisi confessi afficiebantur; vt Suetonius in vita Augusti scribit; alios autem necans cognatione & affinitate attingẽtes pœnam legis Cornelie de sicarijs sustinet; hoc supplicij genere, M. Tullium duumvirum Tarquinius rex primum condemnauit; propterea quod librum secreta ciuiliũ sacrorum continentem suæ commissum custodiæ corruptus Petronio scribendum dedisset; quod iustissime postea anno sexcentesimo ab vrbe condita lege Pompeia Parricidis irrogatum est; quia vt Valerius libro primo asseuerat; pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda est; & vt aiunt, P. Malleolus hanc pœnam primus omnium parricidarum sustinuit;

## LIBER SECVNDVS

eo quod matrem occidisset, Iuuenalis quoque sententia ob matrem & affines occisos Nero hoc supplicij genere/verum non vna dumtaxat parata simia/aut vno serpente/ aut vno culleo sed pluribus paratis affici debuit.



**EX IVLIA, C.** Iulius Cæsar lege sanxit: ne adulteri forent: sed deprehensi vt supplicio dederentur: Vlpianus tamen de adulterijs a diuo Augusto hanc legē fuisse latā scribit: cui Trāquillus in vita Augusti astipulatur, hæc lex plura habet capita: vt sub titulo ad legē Iuliam de adulterijs iurisperiti docent: & Gelius libro secundo verba septimi capituli legis Iulix refert, Et cū Romæ Iuuenalis temporibus magna adulterarū multitudo foret: & quidam vbi tunc lex Iulia dormiret: clamado peteret: & cōquereretur: Lauronia pro defensione mulierum/ ante alias omnes in viros legem Scatiniam debere citari dixit:



**EX PAPIA POMPEIA,** sub Octauiano Cæsare Papius & Pompeius suffecti consules legem tulerunt: quæ a nominibus eorum Papiæ & Pompeia appellatur/ & patrū premia p̄ suscipiendis liberis continet: multa hanc legem capita habuisse legimus: vt circa caducorum obseruationem/ & de iure quod in bonis libertorum patroni habent: & ne inter senatores & libertas matrimonia fierent, Tiberius quoque Cæsar nouum caput legis Papiæ edidit: si Tranquillo in vita Claudij credimus: ne sexagenarij vxorem ducerent: quasi generare nō possent: cui Claudius primum/ deinde Iustinianus abrogarūt: cū post id tempus generare possit aliquis, Aliquæ e relatis legibus vetustate atque incuria in totū euauerunt: quarum & si iam nullus est vltus: noticia tamen necessaria videbatur: quo facilius & clarius veterum oratorum/ atq; historicorum/ ipsorū quoq; iurisperitorum scripta locis suis comprehendantur. Et quidem lex Licinia/ & Favia/ aliaque leges sumptuariæ iam

temporibus Cæcilij iurifconsulti oblitteratæ erant; vt idem apud Gellium libro vigesimo testatur. Aliquæ in novos legumlatores transitum fecerunt; nam vt Macrobius libro saturnalium tertio scribit; pereuntibus vetustate legibus solo legislatoris mutato nomine iterum latæ in eandem sententiam fuerunt; sic euenisse in. xij. tab. legibus dicit; quæ a decem viris in novos transferunt legulatores. Sic itaque e relatis legibus perpauca admodum in vsu remanserunt. Sunt præterea complures aliæ leges/ vt lex Iulia de vi publica/ & de vi priuata/ quarum hæc vim sine armis committentes tertia parte honorum punit; & illa in vi armata deprehensos deportat. Ite Iulia de annonâ poenâ aduersus eum statuit qui vt annonâ carior esset; aliquid fecerit. Et Iulia peculatus reo peculatus aqua & igni interdicit. Sed. M. Cato in quadâ oratione illustribus verbis de impunitate peculatus atque licentiâ conqueritur; dum fures priuatorum furtorum in cõpedibus/ & fures publicos in auro atque purpura atate agere dicit. Has leges vltimas consulto perstringimus; eo quod iurisperiti illas diligenter commemorant.

## PLAEBISCITA.



ISDEM fere temporibus/ vel paulo post quam leges. xij. tab. conscriptæ fuerunt; plæbs cum patribus in discordiam perueniens/ anno sexagesimo post libertatem inceptam rursum secessit; & ex Algido monte/ & sabinis vbi tunc beligerendi causa legiones erant; in montem profecta est Auentinum; mox in sacrum montem ex Auentino secundum Lium transiit; omnisque plæbs urbana statim eodem se contulit; author autem & initium huius secessionis Virginius traditur/ cõtumeliâ ab Ap. Claudio affectus; qui decemuir iterum legibus scribendis creatus/ filiam huius virginem ingenuam per vim libidinis gratia in seruitutem

## LIBER SECVNDVS

afferere conabatur; ob quam rem virginius pater filiam in-  
 terfecit; & raptim ad comilitones confugit; eosque ac plæ-  
 bem urbanam ut a patribus secederent; commouit. Mox ta-  
 men sublata decem virorum potestate: plæbs in urbem re-  
 diens patribus reconciliata fuit. Sed in secessione/ post res-  
 uocationem quoque ipsa plæbs sicuti ante decem virorum  
 creationem solebat; iura rogante plæbeio magistratu velu-  
 ti; Tribuno sibi constituit; quæ legibus. xij. tabu. etiam deroga-  
 runt; aut eas dilatarunt. Hæc autem iura plæbiscita vo-  
 cantur; quod e Capitonis verbis intelligere promptum est  
 dicentis apud Gellium. libro decimo. Plæbiscitum esse gene-  
 rale iussum plæbis rogante magistratu; qui tamen legem  
 vna & plæbiscitum diffinit huius etiam caput & origo/ &  
 quasi fons rogatio est; ut paulo ante diximus; nam nisi plæbs  
 rogatur; nullum plæbis iussum fieri potest. quod Ulpianus  
 libro nono digestorum de lege Aquilia ostendit; quæ secun-  
 dum eum omnibus legibus; quæ ante de damno iniuriæ lo-  
 cute sunt; derogauit; siue. xij. tabu. siue alia qua fuit; & plæbis-  
 scitum est; cum eam Aquilius plæbis Tribunus a Plæbe ro-  
 gauerit. L. iuius quoque libro sexto secundi belli punici At-  
 tilius tribunum plæbis plæbem rogasse scribit; quid fieri  
 vellet; de his rebus; quas Campani; Artellani; Calatini; Sab-  
 batini; in arbitrium/ deditioemque Po. Rom. dederant.  
 Paulus etiam id libro quinto & trigesimo ostendit; duo ca-  
 pita falcidiæ legis ad verbum referens; quæ utroque capite  
 secundum eum rogata fuit; & liberam legandi facultatem ei-  
 uibus Romanis usque ad dodrantem dedit; id est ita demum  
 valere legata voluit; si heredes non minus quam partem quar-  
 tam hereditatis ex testamento caperent; Et hac plæbis lege an-  
 gustata fuit vna. lex. xij. ta. quæ sic scripta fuisse Pomponius  
 de verborum significatione dicit. Vt quis legasset; ita suæ rei  
 ius esto; quibus verbis latissima legandi potestas tributa vi-

debat: sed hanc legem ad dodrantem usque falcidia refrinxit. Et Iunia lege Tribunus ad plebem roganda plebei tantum in principio esse poterat: sed postea alia legelata & patricij plebis Tribuni creati coeperunt. vnde Duronium patricium, M. Antonius & L. Flaccus censors senatu mouerunt: quod legem de coercendis conuiuorum sumptibus latam tribunus plebis abrogauerat: ut apud Valerium legimus. Designato quoque Dictatore omnes magistratus excepto Tribunatu suam auctoritatem amittebant: ut Plutarchus ait: & ideo cum Fabius dictator in Minutium magistrum equitum/qui in iussu suo cum parte exercitus Hannibalis pugnauerat/animaduertere vellet: Metellus Tribunus plebis commoto oratione populo Minutium non modo defendit: sed etiam Fabij collegam cum fieri curauit: licet alij timore affecti silentium agerent. Plebiscitis in initio Patricij nequaquam tenebantur: donec ut Gellius libro quindecimo refert, Q. Hortensius dictator eam legem tulerit: ut eo iure quod plebs statuisset: omnes Quirites tenerent: quam post reuocationem plebis/extincta decem virorum potestate fuisse latam Pöponius scribit: eo quod multae de his plebiscitis discordiae nascerent: & ita iter legem & plebiscita discrimen in constituendi specie tantum non in potestate fuit: vnde quia eadem plebiscita & legis potestas fuit his nominibus authores boni: ut libro decimo Gellius asserit: promiscue vsi sunt. Inuenimus tamen Tribunorum plebis potestatem a Sylla dictatore fuisse minutam: qui & omne ius legum ferendarum eis ademit: sed potestas illa Tribunitia tandem Caesaris auxilio restituta est. Ius quoque Tribunitiae potestatis fortius ad impediendum quam ad agendum erat: nam ut Plutarchus scribit: ceteris omnibus collegis volentibus vnus Tribunus nolens/ & se opponens plus poterat: & praeferebatur proinde Cato iunior tribunatum aliquando petiit: ut solus Metelli & aliorum Tri-



## LIBER SECVNDVS

hunc conatus contra rempublicam impediret: & resfringeret. Leges itaque plebis/sive plebiscita post. xij. tabulas lata/quæ veteres scriptores crebrius commemorant: L. L. Macrobio libro Satur. tertio Plutarcho; Pomponioque lato: & alijs nunc referre existimant; propterea quod secundam ciuilem disciplinam speciem faciunt: & pauca admodum plebis leges apud iuriconsultos legantur.



**L**EX ICILIA ET DVILLIA. Paulopost quam decem viri se magistratu abdicassent; plebs decem tribunos creauit; e quibus Icilius extemplo plebem rogauit; & plebs sciuit: Ne cui secessio a decemuiris facta fraudi esset. Et de consulibus creandis cum prouocatione, M. Duillius rogationem pertulit; hinc, L. Valerius, & M. Horatius creati fuerunt consules; deinde idem M. Duillius tribunus plebis legem tulit; vt qui plebem sine tribunis reliquisset; quique magistratum sine prouocatione creasset; tergo ac capite puniretur. Et cum triumphus astitio arbitriumque semper penes senatum fuisset; ingentique consensu patrum triumphus consulibus negaretur; Icilius Tribunus plebis de triumpho consulum pro quadam victoria rogationem ad populum tulit; & populus eam accepit; tuncque primum sine auctoritate Senatus/populi iussu triumphatum est; & ita vetus obseruatio vt alia quaedam imminuta est. sic in dictatura euenit; quæ prius patricijs dabatur; post etiam ad plebem deuenit; primusque de plebe dictator aduersus Tarquintenses, & Faliscos, C. Martius Rutilius dictus est; qui etiam victis hostibus sine auctoritate patrum populi iussu triumphauit. magister quoque equitum e patricijs in initio creabatur; postmodum ad hunc honorem plebs admissa est; & Licinius Stolo primus e plebe magister equitum factus est. Alij, C. Plautium a. M. Rutilio primum e plebe ad hunc honorem fuisse admissum tradunt.



**EX CANULEIA.** Caius Canuleius Tribunus plæbis legem tulit; vt connubium plæbi cum patribus esset; & hoc plæbifceto abrogatum est ius xij. tabu. quo contrarium cauebatur: Ne connubium patribus cum plæbe esset, sed cum magna contentione patriciorum & plæbis istud finem accepit. Et cum alij no-  
uem plæbis tribuni, rogationem promulgassent; vt; populo potestas esset; consules faciendi seu de plæbe seu de patribus vellent; summaque vi post victoriam a Canuleio de patribus habitam pro sua rogatione pugnarent; vt sedarentur/ eo deducta res est; vt tribuni militum cōsulari potestate promiscue ex patribus ac plæbe crearentur; de consulibus creādis nihil immutaretur. quare anno trecentesimo decimo; quam vrbs Romana condita erat; primum tribuni militum creati sequentes patricij. A. Sempronius. L. Attilius: T. Cæcilius magistratum secundum Lium pro consulibus inierunt; & creati fuerunt sæpius tribuni militum pro consulari potestate/ varioque numero; interdum seni authore Pomponio fuerunt; aliquando plures; nonūquam pauciores.



**EX LICINIA.** C. Licinius Stolo tribunus plæbis cum collega legem tulit; Ne quis plus quin-  
quaginta agri iugera possideret. Alteram idem Licinius tulit; ne Tribunorum militum comitia fierent; & vt alter consul e plæbe crearetur. Hac lex cum patribus displiceret; hac conditione eam accipere contonti fuerunt; Si a plæbe nobilitati prætor/ qui ius in vrbe diceret; e patribus creandus concederetur. quod factum est primusque consul e plæbe Licinius siue Sextius eius collega factus est; patres autem præturam. SP. Furio. M. filio Camillo dederunt. Sed huic legi post nonnum annum creatis duobus patricijs consulibus. C. Potito; & M. Valerio abrogatum est; post id tempus per vices seruata; &

## LIBER SECVNDVS

abrogata fuit, vt apud Liuium inuenio. Lex quoque de ambitu authoribus patribus a. C. Petilio tribuno plæbis primum, C. Fabio, & C. Plautio cōsulibus lata est; qua lege no uorum maxime hominum ambitio/qui mundinas & consiliabula obire solebant; compressa est. Fuit tandem de eadem re lex Iulia lata.



**EX GENVTIA.** Apud quosdam Liuius inuenit. L. Genutium plæbis tribunum; ne scenerare liceret; tulisse ad populum. Item fuisse alijs plæbiscitis cautum/ ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet; nec duos magistratus vno anno gereret; & vt ambos consules plæbeios, creari liceret. Secunda ex his' constitutionibus vnam duodecim tabu, legem renouauit; qua vt post Ciceronem supra retulimus; idem cauebatur. Sed innouatio non vsque adeo valuit; quin interdum necessario/ sæpius absque causa/ & vi aliquando hæc lex abrogaretur; Marius enim vt Cymbros & Theotonas debellaret; quinque consulatus continuos gessit; cum alius ad id bellum conficiendum magis idoneus non inuentretur, & C. Licinius Stolo/ & L. Sextius decimum tribuni; vt pro legibus a se latis contra patres pugnant; relecti sunt. Cæsar vero continuum consulatum/ perpetuam dictaturam/ præfecturamque morum arripuit. & Augustus Tribunitiam potestatem perpetuam recepit. Sylia etiam ad centum & viginti annos dictaturam sumplit; eam tamen republica ordinata deposuit. Sic de Caio Graccho legimus/ cui secundum tribunatum absque temporis intercapedine plæbs Romana contulit. Cumque vitio dum Bellum Numantinum non sine publico pudore duraret Scipionem Aemilianum Pauli filium hac lege necessario Romani soluerunt; vt ad Numantiam debellandam secundum habere consulatum intra decem annos posset.



EX ATILIA, L. Atilius & Claudius Martius tribuni plebis rogationem tulerunt; ut Tribuni militum Seni deni in quattuor legiones a populo crearentur; quae antea perquam paucis suffragio populi relictis locis/Dictatorum & consulum ferme beneficia fuerant.

eodem anno, M. Decius Tribunus plebis alterum plebiscitum tulit; ut duumviros nauales classis ordinanda/reficiendaque causa populus iuberet; quod autem primum plebiscitum ut aequot Tribuni militum suffragio populi crearentur; a Romanis neglectum non fuerit; in Catone / Iulio/ & alijs ostenditur; qui suffragio populi militum tribuni fuerunt.



EX CLAVDIA, Q. Claudius Tribunus plebis vno patre adiuuante, C. Flaminio legem aduersus senatum tulit; Ne senator/quiue Senatoris patet fuisset; Maritimam nauim/qua plus trecentarum amphorarum esset; haberet; id satis esse ad fructus ex agris vetandos creditum est; nam Quastus omnis patribus visus est indecorus.



EX VOCONIA, Voconius legem tulit; Ne quis census hoc est pecuniosus heredem vnicam filiam relinqueret; erat autem census ille/qui centum milia sestertium in professione detulisset, sed hoc plebiscitum ut Caecilius apud Gellium libro vigesimo refert; in usu esse desijt, Q. Volumnius Saxa tribunus plebis legem etiam tulit; Ne quis heredem mulierem institueret, & M. Cato leges istas oratione luculenta suavit; sed sicut hi tribuni plebis mulierum successiones diminuerunt; ita sacratissimus imperator Iustinianus eas auxit; nam maribus foeminas in successione ab intestato acquauit; & maxi

## LIBER SECVNDVS

sum reputauit uicium; discrimen inter mares & foeminas etiam testamento inducere.

**EX OPPIA.** M. Oppius & T. Romuleius tribuni plebis legē. Q. Fabio, T. Sempronio consulibus in medio ardore belli punici tulerunt; Ne qua mulier veste varij coloris uteretur; nec plus semiuncta auri haberet; nec iuncto vehiculo in vrbe oppidove/ aut propius inde mille passus/ nisi sacrificij publici gratia; ueheretur; neu supfluo ornatu uteretur; aut plus vncia in auribus appenderet; fuit tandem hæc lex post viginti annos quam lata fuerat/ a Tribunis abrogata, M. tamen Portius Cato alter consul luculentissimam orationem pro Oppia lege habuit; sed non obtinuit; quin magno virorum detrimento abrogaretur; nam inde vsque adeo foeminarum luxuria processit; & aucta est; quod bona viri quantumcūque diuitis superfluo earum ornatui non sufficiant; vnde mariti rapere; furari; & inique acquirere coguntur; vt effrenata mulierum libidini obsequantur; quod non euenisset; si in ipso introitu ruenti luxuria obstitissent.

**EX PLOTIA.** M. Plotius Sillanus cum esset plebis tribunus; Gn. Pompeio Strabone & L. Portio Catone consulibus legem tulit; vt tribus singulæ quinos denos/ qui eo anno iudicaret, ex eo numero suffragio crearent; ex quo factum est; vt Senatores quoque & quidam etiam ex ipsa plebe in eo numero essent.

**EX ORCHIA.** C. Orchus Tribunus plebis tertio anno quam Cato censor fuerat/ de senatus sententia legem tulit; quæ numerum conuiuiarum prescribat; & vt patentibus ianuis conuinitaretur; secundum Blondum iubebat; quo eius obseruatio videri posset; ne plures quam prescripto eius cauebatur; ad conuuiam vocarentur.



**EX HORATIA.** Cum, C. Tarratia vestalis cāpo Tiberino siue Martio populum Romanum donasset; Horatius munificentiae & beneficij gratia legem ad populum tulit: vt vna omnium foeminarum testabilis esset; & si sexaginta annos nata sacerdotio abire, & nubere voluisset; vt exaugurandi/atque nubendi ius potestatemq; haberet, hac lege Tarratiae vestali ius dicendi in testamento testimonij non in alijs rebus vltra alias mulieres datum est: nam testimonium dicere mulier in testamento non potest; alias autem posse testem esse nulierem argumento est secundum Paulum & Vlpianum lex Iulia de adulterijs; quae adulteri tantum damnata tam testem producti/vel dicere testimonium vetat, porro qđ sexagesimo aetatis anno abire sacerdotio/& nubere possit: priuilegium nō est; quoniam inter sextum & decimum aetatis annum omnes vestales capiebantur; & ex Numae Pompilij instituto triginta annis castitatem seruabant; & poenes veste sacra versabantur: Illis deinde post id tempus sacerdotio relicto nubere permittebatur; quare apparet populum Romanum Tarratiae dedisse; quod iure communi omnium ei competebat.

**EX ATINIA.** Lege Atinia fuisse dispositum commissimus; vt eius rei quae subrepta erit/aeterna esset auctoritas; nisi in potestatem eius cui subrepta fuerit; reuerteretur, hac lege vt Paulus & Iustinianus referunt: furtivae res vsucapi prohibentur; nisi in domini potestatem reuersa fuerint; sed qualiter hoc casu res in potestatem domini redire dicatur; Paulus Labeonis Pomponijque auctoritate primo & quadragesimo digesti, libro enarrat: quod prolixitatis euitandae gratia non refero; praesertim quia omnes etiam iuris penitus insciji nostras pandectas comparant; & emunt; & recte quidem a meo iudicio/cum summo opere las-  
tinas litteras habere cupientibus suffragari possint. Sed Ges

## LIBER SECVNDVS

lius patrem. Q. Scauole/ Brutumque/ & Manlium viros eruditos quæsiſſe atque dubitaſſe refert: quia hæc legis verba ſubrepta erūt; tam præteritum/ quam futurum tempus ostendere videntur; vtrum ne in poſt facta/ an etiam in antefacta furta lex valeret. Q. uorum dubitationem hac. P. Nigidij regula idem Gelius tollit; vt verbum eſt/ & erit per ſe poſita tempus ſuum habeant; & retineant; at præterito iuncta vim ſui temporis amittant/ & in præteritum trahantur; nam ſi dico in campo eſt; vel in campo erit ſecundum Nigidij regulam tempus inſtans/ & futurum ſignifico; at cum dicitur; factum eſt; vel ſcriptum erit; hæc verba cum præterito confunduntur/ & præſentis/ aut futuri tantum temporis eſſe deſignunt; itaque inquit Gelius/ ſi hæc duo verba ſubrepta erit; ſic diuidantur: ſubrepta et erit; tunc lex in futuro furto loqui videbitur; ſi vero permixta ſint hæc duo vocabula; vt ſubrepta erit vnum verbum ſit; non minus in præteritum/ quam in futurum tempus hæc lex trahitur; hanc ſequi ſententiã Pomponius de verborum & rerum ſignificatione videtur: quum verbum eſt/ & erit interdum etiam præteritum/ nec ſolū præſens/ vel futurū tēpus demonſtrare dicit: quod comprobatur ſi quis troia capta eſt; dixerit; non enim ad præſentis facti demonſtrationem/ ſed ad præteritum iſ ſermo refertur; pariter ſi quis codicillos fecerit; deinde hiſ verbis eos teſtamento confirmauerit: quod in codicillis ſcriptum erit/ ſeruari volo de præteritis/ non futuris codicillis eum ſenſiſſe credendum eſt. Hæc lex & huius ſimiles; quicquid poſt Nigidium Gelius dixerit; in tempus dumtaxat futurum trahuntur. cum pontificum/ atque imperatorum præceptis leges/ et conſtitutiones quibulcūque verbis conceptæ/ futuris dēt formam negōcijs/ non ad præterita facta; niſi cautum ſit nominatim reuocentur: cūque Theodoſij & Valentiniãni ſanctione; leges verbis etiam præteriti temporis/ præſentis/ aut futuri conceptæ; ſemper pro viridi obſeruantia va-

leant. Ante legem tamen Atiniam furtiuarum rerum vsucapionem lex. xij. tab. inhsibuit; vsucapionem quoque qua seruitutem constituerebat; Lex Scribonia sustulit; non autem ea qua sublata seruitute libertatem praestat. Sed & vi possessarum rerum lex Iulia & Plautia / vsucapionem tollunt; vt e iure ciuili magis apparet.



**RACCHORVM LEGES.** Vt intelligi possit; qua res Gracchum ferre legem Agrariam mouerit non absolum videbitur; si hanc rem post Plutarchum & Apianum altius repetierimus; Romani quando vicini agrum aliquid hostibus adimebant; partim vendere / partim in publicum redigere / ac egenis ciuibus pro modica pensione tradere consueuerunt. Deinde quia diuites eas pensiones augere / & pauperes excludere incipiebant; lata est lex. qua supra quingenta agrum iugera. ciuem Romanum habere prohibebat; & centum maiorum armentorum capita / minorum dumtaxat quingenta obtinere permittebat. Sed haec lex paulo post neglecta fuit; Quare consilio Crassi pontificis maximi / & Mutij Scaeuolae consulis & iuriconsulti Apijque Claudij soceri legem denuo Tiberius Gracchus tribunus plebis post longas altercationes tulit; vt Nemini. ultra quingenta telluris iugera habere liceret; & vt agros contra legem tenentes cum fructibus eos. accepto precio dimitterent; & egenis ciuibus traderent. Ad reliquos vero agros diuidendos qui in publicum redigebantur; vt tres viri praestantes crearentur; qui per singulos annos. imutati eos pauperibus impenderent; quod factum est; nam Tiberius ipse / Appius. socer / & Caius Tiberij frater ad agros diuidendos lecti fuerunt; Sed Tiberius ob hanc legem diuitibus infestus / cum sibi tribunatum



## LIBER SECVNDVS

protogare vellet: opera Scipionis Nasicæ occisus est: post cuius mortem vt gementis plæbis dolor leniretur: Senatus diuisionem agrorum impugnare destitit: & loco Tiberij ad agros diuidendos, P. Crassum Gracchorum affinem eligi permittit: longe post Caius Gracchus Tiberij frater Tribunatum obtinuit: & leges sequentes tulit: Vt qui magistratu per populum remotus esset: facultatem alterius magistratus ineundi non haberet: Et si in magistratu constitutus ciuem Romanum sine iudicio necasset: vt in eum populi animaduersio foret, præterea aduersus potentiam senatus leges populares tulit: veluti de colonijs deducendis: de vestibus sine stipendiorum diminutione publicæ militibus dandis. De minoribus decem & septem annis ad militiam non cogendis, lege etiam pares in suffragijs Italos & ciues constituit, frumentariam quoque legem de annona pauperibus assignanda & aliam de iudicibus eligendis tulit: nam cum soli antea senatores iudicarent: ob eamque rem a plæbe timerentur: trecetos ex equestri ordine iudices parem Senatoribus numerum statuens adiecit. Demum cum Opimius consul multas ex ipsius Caij legibus abrogaret: contracta multitudo: vt resisteret primo in Capitolium venit: mox Attilio præcone Opimij ibi in turba occiso Auentinum occupauit: vbi ab Opimio victus in sacrum deorum nemus peruenit: ibique manu Philocratis serui occisus est. Ab hoc tempore lex agraria per singulos fere annos tribunitijs furoribus & summis contetionibus agitata tantisper patres & plæbem assidue collesit: dum per Ciceronis consuls prudentiam & eloquentiam facile sopita fuerit.

**EX AELIA ET FVSIA.** Aelius & Fuscus tribuni plæbis sua autoritate legem tulerunt: Ne quis per eos dies quibus cum populo agi liceret: nisi de cælo seruasset: quippiam ageret. hæc sanctio vnam, xij. tab. legem innouauit quam supra retulimus.



**EX CLODIA. P.** Clodius plæbis tribunus legem perniciosam, L. Pisone & Gabino consulibus tulit: Ne quis per eos dies quibus cū populo agi liceret: id est populus quid rogari posset; de caelo contra legem Fustiam & Aeliam seruaret. Clodius idem alteram legem de annona tulit: vt frumentum quod antea senis æris/ac trientibus in singulos modios populo dabatur: gratis daretur. Tertiam idem tulit: Ne quem Censores in senatu legendo præterirent; neue qua ignominia afficerent: nisi apud eos accusatus & vtriusq; censoris sententia damnatus esset.



**LEGES TRIUMPHANDI.** Vt quibusdã imperatoribus occurreretur; qui ob leuia prælia sibi decem triumphos desiderabant: Valerius Maximus libro secundo de iure triumphandi lege cautum fuisse scribit: Ne quis imperator triumpharet: nisi quinque milia hostium vna acie cecidissent. Non enim numero/ sed gloria triumphorum excelsius vrbis Romæ futurum decus Romani existimabant. Nostri ergo milites Gallici triumphare possent: qui primum Hispanos Bononia raptis aliquot vexillis repulerunt: mox quattuor & viginti milia Brixiensium occiderunt: Propterea quod a Galliarum Rege desciscentes Venetis se dederant: postremo in campum Bononiensem celeter reuersi: apud Rauennam Hispanos/ pontificisque Iulij/ & Venetorum milites ad vnum fere occiderunt. Cæterum ne tam clara lex prædicta cupiditate laureæ obliteraretur: adiutorio Plæbiscitiæ, L. Mario & M. Catone tribunis plæbis lata: fulsa est. Quod poenam imperatoribus minabatur: qui aut hostium occisorum in prælio/ aut amissorum ciuium falsum numerum litteris senatui ausi essent referre: & iubebat eos urbem ingressos protinus apud Quæstores vrbanos iurare: se vera ad Senatum de vtroq; numero scripsisse. Alia lex triumphandi erat: qua pro aucto imperio/ non pro recuperatis quæ reipublicæ aliquando fuissent: triumphus

## LIBER SECVNDVS

decernebatur: sed & parte ciuitatis lachrimante, & de ciuili bello decernere supplicationes /ouare, vel triumphare nefas erat: vnde, Q. Ful. Liuius Opimio triumphus minime decretus est: quia Capuam, & Fragellanos solum recuperauerant; & Nalica Catullus, C. Antonius, L. Cinna, C. Marius; & Sylla ex ciuili bello, & de ciuibus victis non triumpharunt, Camillus tamen recuperata ex Gallis hostibus patria triumphauit. Hæ leges etiam postea non vsque quaque obtinuerunt; nam Vespasianus de iudæis recuperatis; & Iulius Cæsar de Pompeio & alijs ciuibus Romanis triumphum egerunt, nec mirum sit tandem has leges perijisse; cum multæ aliæ leges stantes sub consulibus republica castæ seruari solitæ, sub principibus ex vsu abierint; vt præclare Blodius triumphantis Romæ libro decimo scribit; vbi etiam post Liuium libro nono Bel. Maced. alia lege cautum fuisse dicit: Ne quis triumpharet; qui exercitum non deportasset; & prouinciam in qua res gesserat; pacatam perdomitamque successori non tradidisset; & ideo iuste, L. Manlius; & Marcello triumphus denegatus est; nam de Hispania, & Sicilia quas non perdomuerant; triumphare volebant, ouatio tamen utriusque pro gestis concessa est. Alia triumphandi lege cautum fuisse Plutarchus in vita Pompeij refert: Ne dux ante triumphum urbem ingrederetur: Hec lex vsque adeo Romæ seruata est; quod cum Cæsarem triumphaturum urbem ingredi ante triumphum prohiberet; & altera absenti consulatum editis iam comitijs consularibus denegaret; omissa triumpho priuatus; vt consulatum peteret; urbem ingredi maluit; & consul cum Bibulo creatus est; nam si triumphans urbem introire voluisset; consulatu lapsis comitijs exclusus fuisset, Pompeio quoque priuato triumphum petenti; quod consuli/aut duci triumphus lege tantum permetteretur; Sylla obiecit; vnde etiam Scipio cum in Hispania neque con-

ful/neque suis auspicijs Carthaginenses superasset; triumphum propter hanc legem non postulauit, & insigni poenarum classe deleta/Lutatius Catulo consul/non, Q. Valerius praetori triumphum senatus decreuit; licet ea pugna bonam operam Valerius nauasset.



**EX MANVLIA.** Manulius plebis Tribunus legem tulit; vt quando res a nobilibus aduerse gestae fuissent; etiam ij ad magistratus gerendos admitterentur; quorum maiores in Romana republica magistratus non exercuissent; huiusmodi autem homines noui appellantur. Romani enim auctore Plutarcho eos qui generis gloria carentes a seipsis nominis sui initium capiebant; nouos homines e more vocabant; vnde ipse Cato senior; & complures alij obscuris & ignotis nati parentibus; noui appellati sunt.



**EX OTHONIA.** Otho tribunus plebis legem tulit; Ne quis cum ordine equestri in spectaculis federet; nisi sestertium quadraginta milia possideret; quod si contingeret; quisquis esset; siue ingenuus siue libertus; inter equites in gradu. xiiij. spectare ei liceret. Sed cum plerique equitum vt Tranquillus scribit; Attrito bellis ciuilibus patrimonio spectare ludos e. xiiij. metu poenae theatralis non auderent; Augustus deinde hac lege eos quibus ipsis/parentibusve, eque fier census; vnquam fuisset; non teneri pronunciauit. Per quingentos quoque & quinquaginta octo annos/Senatus populo mixtus spectaculo ludorum interfuit; vt apud Valerium de institutis antiquis legitur; sed hunc morem Atilius Seranus; & L. Scribonius aediles ludos patri deum facientes/Scipionis Africani sententiam secuti/discretis senatus/ & populi locis soluerunt. postea Augusti temporibus primus subselliorum ordo senatoribus decreto patrum vacauit militem etiam Augustus a populo secreuit.

LIBER SECVNDVS

**L**EGES APVLEIAE. L. Apuleius Saturninus plæbis Tribunus legem tulit: vt nemini præter decretū populi in regione esse liceret: quattuor enim regiones/ id est maiores in vrbe partes erant; vt Varro & alij tradunt: e quibus prima regio suburbana dicebatur; secūda. Exquilina nominabatur; tertia Collina; & quarta Pallatina appellata fuit. Et licet hoc plæbiscitum non haberet necessitatem; tamen Senatores id iureiurando confirmare Saturninus coegit: Solus Metellus Numidicus aqua/ igni/ tectoque interdictus exulare/ quam iurare maluit. idem Tribunus vt sibi gratiam Marianorum militum pararet; legem alteram tulit; vt Veteranis in Africa cētena agrī iugera diuiderētur.

**L**EX SVLPITIA. Sulpitius Tribunus plæbis/ vt aduersus Mitridatem Marius bellum gereret; legē tulit; Sed hæc lex nullum habuit effectum; nam Sylla victo Mario/ & cæso Sulpitio in Mitridatem professus est. is etiam Sulpitius lege promulgata: Ne quis ordinis senatorij vltra duo milia dragmarum æs alienum conflare posset; cum vita excessit: trecentas miriadas/ sicut apud Plutarchum in Sylla legimus; debiti nomine reliquit.

**L**EX OGVINIA. Quum apud Romanos iam eo deuentum esset: vt præturam/ consulum/ censuram/ dictaturam/ & alios magistratus plæbeij gerere possent; neque adhuc Sacerdotia essent promiscua; nec ad ea plæbeij admitterentur. Q. & Gn. Oguinij tribuni plæbis Rogationem promulgarunt; vt cum quattuor augures/ & quattuor pontifices ea tempestate essent; auerique horum sacerdotum numerum placeret: quinque augures/ quattuorque pontifices de plæbe omnes allegerentur. de hac lege suadenda dissuadendaque inter Ap. Claudium patricium/ & P. Decium murem plæbeium certatum est: sed optimates tandem plæbeijs cedere coacti fuerunt; & lex ingenti cōsensu accepta est; ac sic duo sacerdotia inter patres

& plæbem hac lege effecta sunt promiscua: suaorque legis P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, Claud. Martius Rustilius, M. Livijs Dentor plæbeij pontifices creati fuerunt: Item quinque alij Claud. Genuttus, Elius Pætus, M. Minutius; CL. Martius; & T. Publius; augures etiam e plæbe designati sunt: Pötifices Numa inuenit; vnusque alijs præerat: & maximus pontifex dicebatur; quod in Vestalibus seruatum fuit nam virgo alijs imperans/ maxima virgo dicebatur; qualis fuit Aemylia Vestalis; & Cornelia: & alia plures vestales; quattuor enim Vestales Ceganiam; Bereniam; Camiliam; & Tarpetam Numa Pöpilius legit: deinde Seruius alias duas addidit; isque Vestalium numerus postea a Romanis custoditus est: Ex his vna reliquis præerat; & virgo maxima dicebatur; vt de Aemylia; & Cornelia diximus. Primus autem qui pontificatum maximum gesserit, Martius Martij patricij filius fuit; & eum Numa creauit: post hunc illustres viri hoc sacerdotium obtinuerunt, P. Licinius Scæuola; Metellus; Cæsar; Augustus; Titusque; & alij complures hodie magnas huiusce antiquitatis reliquias seruamus; summum enim habemus pontificem; cui minores pontifices/ & Christiani parent; & constituendi/ ligandique potestatem a deo habet, inter nostras quoque Vestales maxima virgo/ quam abbatissam dicimus; alijs præest, inter Augures impar numerus auctore Liuso esse debebat; vt tres Romanæ tribus Ramnenses; Titientes; & Luceres suum quemque augurem haberent, sic enim Romulum instituisse collegium augurum Dionisius tradit; quod si pluribus opus erat: pari inter se numero sacerdotes multiplicabant; vnde quinque prioribus adiectis; vt terni in singulas tribus essent, Tribuni numerum nouem augurum expleuerunt; itaque non inuenit, Livijs; quemadmodum ad quattuor augurum numerum; nisi morte duorum; redigi id collegium potuerit. Ex hoc loco patet; non hodie initium sumi; quod nobili dum

m ij

taxat generenati/ad quaedam sacerdotia admittantur: sed & non hodie exordium sumitur: quod plabeij hunc morem reprobent; & conquerantur: vt in hac lege ostenditur. Gregorij tandem pontificis constitutione discrimen in sacerdotijs habendis inter patricios/ & plabeios sublatum est. certis tamen in rebus ratione nobilitatis iura aliquid patricijs concedunt: quod & plæbs improba ferre equo animo non potest.



**EX MANLIA.** Manlius tribunus plæbis legem tulit: vt. Gn. Pompeius magnus bellum aduersus regem ponti Mitridatem gereret: qui nocturno prælio victus in regnum confugit: vbi dum Pompeius eum persequendo occurrentes sibi regiones subigeret Pharnacis filij seditione in turri obsessus: mortem sibi consciuit. fuit tamen hæc lex magna patrum indignatione lata: vt Plutarchus scribit: eo quod Lucullus rerum gestarum gloria hac rogatione priuaretur. & quod Pompeius magis triumphum/ quam belli successor ei daretur: nam Mitridatem iam sæpe Lucullus fuderat: et tamen huius copiarum cum prouincijs ex hac lege. Pompeio ad Mitridatem debellandum obueniebant: de quo tandem Pompeius triumphauit. Sed si plæbisciti definitio probe intelligatur: hæc lex plebiscitum vocari nequaquam poterit: sicut neque de imperio Gn. Pompei: neque de ritu. M. Ciceronis: neque de cæde. P. Clodij questio: neque alia id genus populi/ plæbiscite iussa: leges plebisciteque vocari possunt: non sunt enim generalia iussa: neque de vniuersis ciuibus/ quod legis plæbisciteque definitio exigit: quo circa priuilegia secundum Geliij opinionem libro decimo potius vocari debent: cum de singulis concipiuntur: singulosque concernant: doctissimi tamen aliquando his uocabulis promiscue vtuntur: et ne externos queramus au-

thores : Pomponius iureconsultus pro teste in titulo de legationibus se exhibet : dnm priuilegium latum : vt Hos-  
 filius Mancinus ciuis Romanus maneret : legem ap-  
 pellat.



EX FALCIDIA, hanc legem Augusti tem-  
 poribus fuisse latam Eusebius scribit: In cuius  
 relatione a Paulo libro digesto, quinto et  
 trigesimo aliquantulum discrepat, dicit enim  
 Caium Falcidiū plæbis tribunum legem tu-  
 lisse: Ne quis plus testamento legaret: quam vt quarta pars  
 heredibus superesset: si quattuor aut pauciores essent: si au-  
 tem plures quattuor essent: vt mediætas eo tenore heredi-  
 bus ipsiis relinqueretur: vt sine liberis sine propinquis, idem  
 exteris sua pater legaret: Illa pars quam falcidius constituit:  
 nisi pater interdixerit: et legatis fruentibus/ et isdem ca-  
 rentibus / æquanimiter partiretur: at Paulus vt supra ostens-  
 dimus: aliter hanc legem fuisse constitutam refert: Sed cer-  
 te prædicta falcidiæ legis commemoratio (nisi fallor) sta-  
 re non potest: nam licet legatum vni ex heredibus factum/  
 non impediât quominus partem quarte per legem falci-  
 diam debitæ habeat: nec in quartam (nisi testator dixerit)  
 Imputetur: vt Caius/ et Martianus de lege falcidiâ credide-  
 runt: tamen falcidiâ lex heredum numerum non consi-  
 derauit: sed liberam legandi facultatem dedit: modo a-  
 pud heredem vnum: siue plures quarta pars Iustiniano pau-  
 loque authoribus remaneat: nisi onniū hereditas no-  
 minatim sit exhausta legatis: quo casu in singulis heredi-  
 bus ratio legis falcidiæ ponenda est. Nec de quarta filijs  
 debita Eusebius intelligere potuit: licet patris mentio-  
 nem fecerit: quia per Falcidiam legem non debetur. Præ-  
 terea Iustinianus liberorum distinctionem inuenit: non  
 lex Falcidiâ: quæ Augusti temporibus lata est.



## LIBER SECVNDVS;



**Q** VILIAM LFGEM, Aquilius plæbis tribunus  
a plæbe rogauit: & primo eius capite occidens in  
iuria seruum alienum/quadrupedem/vel pecudẽ  
tantũ æs quãti plurimi res eo anno erit: domino  
dare tenetur, in omni autem alio damno in tantum tertio  
eius capite quis domino obligatur: quanti res in triginta  
proximis diebus fuerit secũdum caput huius legis in dissiue  
tudinem abiit: de hac lege in digestis plura leguntur: quare  
vltra non progredior.

AYMARI RIVALLII ALLO,  
BROGIS TERTIVS IV,  
RIS CIVILIS HI,  
STORIAE  
LIBER.

## SENATVS CONSVLTA.



**S**ERTIO loco Romanae reipublicae curam Senatus accepit: eo quod aucta civium multitudine populus difficulter totiens convenire poterat: ut civitatem regeret: & sic tertia reipublicae species optimorum potestas / graeco Aristocratia nomine apud Romanos fuit: quae est cum per studiosos & optimos civitas gubernatur. Et quia ad reipublicae gubernationem legum sanctio supra alias res necessaria videbatur: ius quo ampliatum sunt leges prius latae / & interdum abrogatae / Senatus constituere coepit: idque ius eo quod ad Senatus fieret consultatione / senatusconsultum fuit appellatum. Est enim Senatusconsultum: ut iureconsulti definiunt: quod senatus rogante consule iubet: atque constituit. Et frequenter ab consulibus interrogantis nomine ipsa Senatus decreta dicebantur: sic a Trebellio consule / senatusconsultum trebellianum a Pegaso pegasianum: a Velleio Velleianum: ab Orficio orficianum: a Symiamira Heliogabali matre, Symiramiana senatusconsultum appellata fuerunt. Pariter rogationes leges scilicet / & plebiscita: ut sanctio Iulia: Cornelia: Cassia: Pompeia: Aquilia: Falcidia: & aliae complures leges: abrogantis nomine appellantur: ut libro secundo ostendimus. Plebiscita tamen Tribuni ante valvas curiae (quam intrare illis non licebat) positae

subsellijſ ſenatus decreta exanimabant; ſicuti in ſecūdo Va-  
 leriꝝ libro ſcriptum habeo, vt ſi qua ex eis improbaſſent; ra-  
 ta eſſe non ſuzerent; itaque (inquit) veteribus ſenatuſconſul-  
 ti, T. littera ſubſcribi ſolebat; eaque nota Tribunos eadem  
 cenſuiſſe ſignificabatur. Neque ſenatuꝝ iuriſ conſtituendi  
 poteſtatem Lex deinde regia in principes transferens im-  
 perium abſtulit; vt argumento ſunt multa; Neroniſ enim  
 temporibus ſenatuſconſultum Trebellianum octauo calē-  
 das Septembris, A. Seneca & Trebellio maximo conſulibꝝ  
 huſ conſtitutum fuit. Alterum Domitiani temporibus fuiſſe  
 factum. Caius libro digeſt. vnde quadrageſimo de collu-  
 ſione detegenda ſcribit; Quinimmo oratione in ſenatu ha-  
 bita authores aliquot fuere imperatores ſenatuꝝ de aliqua  
 re cenſendi / & ſenatuſconſultum faciendi; vnde a Diuo  
 Marco oratione habita; ne aliter tranſactio alimentorum ra-  
 ta eſſet; quam ſi authore prætorẽ fieret; ſenatuſ conſtituit; vt  
 apud iuriſconſultos de tranſactionibus lego. Vlpianuſ  
 etiam libro digeſtorum ſeptimo & vigefimo ſcribit; curato-  
 res & tutores prædia ruſtica & ſuburbana diſtrahere prohibi-  
 titos oratione imperatoris Seueri in ſenatu idibus Iuniꝝ /  
 Theophilo & Clemente conſulibus recitata; & ante huius  
 imperatoris exceſſum; vt idem Vlpianuſ de donationibus  
 inter virum & vxorem refert; filiuſ Antoninuſ imperator  
 oratione in ſenatu habita author ſenatuꝝ fuit; cenſendi  
 Aemiliano & Nummio Albino conſulibus; vt aliquid e iu-  
 riſ rigore circa donationes inter virum & vxorẽ laxaretur  
 Veſpaſianuſ quoque ſi tranquillo credimus; author ſena-  
 tuꝝ fuit decernendi / & ſenatuſconſultum faciendi; ne filio-  
 rum familias ſceneratoribus exigendi crediti iuſ vnquam;  
 hoc eſt ne poſt patrum quidem mortem eſſet; hoc autem ſe-  
 natuſconſultum; Vlpianuſ libro digeſtorum, xiiij. Macedo-  
 nianum a Macedone iniquo ſceneratore appellat. Sic legem  
 Scatiniam a C. Scatinio plæbiſ Tribuno ob appella-

rum de stupro Marcelli filium damnato dictam fuisse aliqui putant. Et quia precedente imperatorum oratione hæc Senatusconsulta fiebant, iurisperiti in quinquaginta digestorum libris / & etiam imperatores in eorum sanctionibus huiusmodi decreta / modo orationes / modo senatusconsulta vocant : quod interpretes plerique nequaquam intellexerunt. Hæc exempli gratia retulisse sufficiat ; nam fere quæcunque senatusconsulta in libris digestorum quinquaginta leguntur ; Imperatorum temporibus facta fuerunt, quod magna est probatio aduentum Augustorum senatus potestatem non extinxisse : Antiquiora certe extant, per pauca ; saltim quæ ius civile concernant ; cum instrumentum vetustissimum desideretur : in quod Vespasianus pene ab exordio urbis senatusconsulta / & plæbiscita de societate / & foedere / ac privilegio cuiusque concessis redegit, vnum tamen hodie Senatus decretum vetus apud Rubiconem fluvium in columna Marmorea adhuc videtur ; cuius verba me non parum huiuscemodi antiquitatibus oblectans libenter subiecero, Iussu mandatu ve, P. R. commilito ; armate quisquis es manipularieue : Centurioue ; Turmæue, Legionarie hic sistito ; vexillumve sinito ; nec citra hunc amnem Rubiconem Signa / ductum / commeatum ve traducito. Si quis huiusce iussionis ergo aduersus præcepta ierit ; fuerit ve ; adjudicatus esto, P. R. H. ac si contra patriam arma tulerit ; penatesque e sacris penetralibus asportauerit, S. P. Q. R. Sanctio plæbisciti ; S. ve. C. Quinetiam in portu Arimini alterum est adhuc eiusdem sententiæ senatusconsultum ; Imp. Mil. Tiro, armate quisquis es ; hic sistito ; vexillum sinito ; arma deponito ; nec citra hunc iamnem Rubiconem signa / arma / exercitumve traducit. Si quis ergo aduersus præcepta ierit ; fecerit ve, adjudicatus esto Hostis, P. R. ac si contra patriam

## LIBER TERTIVS

arma tulerit; sacrosve penates e penetralibus asportauerit, Sanctio plæbisciti; senatusue consulti; vltra hos fines arma proferre liceat nemini, Quibus senatusconsultis Cæsar fortassis territus/cum e Gallia rediens ad Rubiconem vsque peruenisset; & aduersus Pompeium/populumque Romanum bellum gesturus esset; militibus dixisse fertur; & etiam nunc regredi possumus: quod si ponticulum transierimus; omnia armis agenda erunt. de his quoque senatus decretis Lucanus lib. primo, intellexit, iuris insuper condendi potestatem senatui legem regiam nequaquam adernisse numismata imperatorum temporibus percussa ostendunt; nam complura sunt litteris. S. C. cum eorum effigie inscripta; quibus significari senatusconsultum. Probus de litteris antiquis, & passius li. iij. dicunt, Primum enim Seruius; dein de Tarquinius Superbus æs sua auctoritate signauit; mox populus nummum percussit; leges vt de Papiriana & Clodia in Seruio retulimus; super hoc sanciendo, signandi etiam nummi potestas ad ipsos Tribunos e. xij. tabu. legibus; delata est; vt ex Cicerone de legibus apparet. Postremo sicut rebus in cæteris/sic in nummo percutiendõ/qui sola auctoritate publica fabricari potest; Rei. P. curam senatus accepit; vnde, S. C. litteræ percussum senatus auctoritate nummum iisdem litteris inscriptum demonstrant; facto senatusconsulto; vt illa nota quæ visa erit; nummus percuteretur; Vlpianus quoque de legibus suo tempore non fuisse ambiguum dicit; senatum ius facere potuisse; qui tamen Alexandri temporibus fuit, Referente quoque ad senatum consule/id est consulente senatum consule fiebat Senatusconsultum: Quod e. M. Cicerone cognitu est facile; dum lib. episto. primo, vnum senatusconsultum Lentulo referente factum aliquando fuisse scribit, Quintummo id noster Vlpianus; de petitione hereditatis expressit; cū pridie idus Martias, Q. Iuliu Balbū; & P. Iuliu Cellum, T. Aufidiū & O. Seuerianū cōsules de his verba

fecisse tradit; quæ imperator Cæsar Traiani partici adopti-  
uus filius diui Neruæ nepos; Adrianus Augustus/ imperas-  
tor maximusque princeps/ quinto nonas Martias quæ pro-  
ximæ fuerant in senatu pposuerat; postea refert; quid de illa  
re fieri senatores omnes censuerint. Idem ad Velleianum:  
M. Syllanum & Velleium dudum consules de obligationi-  
bus foeminarum; quæ pro alijs reæ fierent; verba fecisse tra-  
dit; & quidnam de ea re fieri oporteret; eos senatum consus-  
luisse scribit; deinde Senatusconsulti verba ad consulum re-  
lationem facti subiungit. Vnde Varro consulem quod pop-  
ulum/ & senatum consuleret; nominatum esse de lingua la-  
tina tradit. ad populum etiam refert; vt Valla perhibet; in  
eadem sententiã erat; ex quo Rogatio fiebat; cuius nomine  
plæbiscita/ & leges generali vocabulo secundum Gelijs sen-  
tentiam dicebantur. Modum autem senatusconsulti facten-  
di hunc apud Romanos fuisse deprehendimus; Consul em̄  
prout negocium occurreret; ad senatum (vt dixi) primum  
referebat; deinde patris cuiusque sententiã super relato ne-  
gocio gradatim rogabat; postremo audita cuiuslibet opinio-  
ne senatus decretum; vt e Plinij Cæciliij epistolis constat; se-  
cundum plurimum sententiã fiebat. quam formam Tullius  
consul apud Crispum eleganter obseruauit; qui deprehensis  
Catilinæ socijs ad senatũ primo retulit; quid de his fieri pla-  
ceret; qui in custodia traditi erant; quos pauloante frequens  
senatus cõtra. R. P. fecisse iudicauerat. Secũdo loco. D. iuni.  
Syllanum; quod eo tempore consul designatus esset; primo  
sententiã rogauit; postea ad Cæsarem venit; Demum. M.  
Porcius Cato ab eo sententiã rogatus/ orationem luculẽ-  
tissimam habuit; cui omnes consulares/ & magna pars sena-  
tus assenserũt; Senatus postremo decretum; sicut Cato cen-  
suerat fuit factum; Et sententiã verbis senatores rogati;  
vt Syllanus Cæsar; & Cato; quos retuli; interdum efferebãt;  
aliquãdo per discessionem sententiã dicebãt; quãdo omnes.

## LIBER TERTIVS

aut plerique idem sentientes in vnam partem pedibus aut manibus ibant. Sententiam ab aliquo dictam sic approbantes: vt libro. iij. & xiiij. Gellius testatur: Salustiusque scribens Syllanum postea permotum. C. Caesaris oratione pedibus in sententiam Liberij Neronis iturum se dixisse: ceterosque verbo / alios varie Caesari assensisse. Flavius quoque Vopiscus in Aureliani vita dicit alijs manum porrigentibus / alijs pedibus in sententiam euntibus / plerisque verbo consentientibus conditum fuisse senatusconsultum. hinc Cicero epistol. libro primo ad Lentulum: Senatusconsultum discessionem vocat. Et hic modus efferendi sententiam: nisi fallor: inuentus est: vt res fierent expeditiores: quia nonnunquam dum plurimi Senatores essent / aut duocapita sententiarum forent: singulos audire longum erat: quod Quinti. intelligit: vbi manibus / pedibusque ille in sententiam necessitatis dicit. Ordo autem rogandi sententias: vt. A. Gellius & Fennestella scribunt: varius fuit: alias primus rogabatur: qui a censoribus princeps in senatum lectus fuerat: alias qui designati consules erant: in qua re nobis Syllanus testimonio fuit: Quidam e consulibus studio / aut necessitate aliqua adducti / quem volebant: honoris gratia extra ordinem primum sententiam rogabant: nullus tamen cum id fieret: quemquam ex alio quam e consulari loco sententiam primum rogabat. Erat quoque consuetudo secundum Tranquillum in vita Iulij: vt quem ordinem interrogandi sententias consul calendis Ianuarijs instituisset: eum toto anno conseruaret. Sed. C. Caesar in consulatu: quem cum. M. Bibulo gessit: eum ordinem non obseruauit: nam collocata Pompeio Iulia filia Pompeium primum rogare sententiam coepit: quum Crassum soleret: Sed cum multi e senatoribus intelligentes secundum hunc ordinem complures ante se

sententiam dicturos / magis aliorum sequerentur opinionem / quam censerent. Dívus Augustus postea huic rei subuenit : nam sententias de maiore negotio / non more / neque ordine / sed prout libuisset ; perrogabat : vt perinde quisque animum intenderet ; ac si censendum magis quam assentiendum esset : Si hanc Augusti calliditatem nostræ tempestatis præsidēs obseruarent ; citius fortassis / & equius lites discuterentur ; nisi imperitia alii qui senatores aliorum sequi opinionem cogerentur ; quod superioribus mensibus euenit ; quidam enim primum sententiam rogatus : se censere dixit ; quod eius amicus statim dicturus erat.

INSUPER apud veteres in senatusconsultis faciundis præceptiones aliquot fuere : vt per dictatorem / consules / Prætores / Tribunos plæbis / interregem / & vrbi præfectum tantum ea fierent ; Senatusque haberetur ; quod si eodem tempore omnes isti magistratus Romæ essent ; prout quisque primus erat ; Senatusconsultendi ius habebat ; vnde apud Suetonium legimus Senatum in quo Augusti testamentum fuit recitatum ; iure Tribunitiæ potestatis fuisse coactum. Extraordinario tamen iure Tribuni militares / decem viri : & trium viri causa reipublicæ constituende creati ; ius consulendi senatum habuerunt . Præterea senatus decretum in loco solum per aures constituto fiebat ; nec omnibus diebus ; vt ante calendæ Februarij ; neque toto mense februario / nisi perfectis aut reiectis legationibus senatus per legem Pupiam ; vt Cicero in epistolis ait ; haberi poterat . Post eadem quoque Cæsaris ; ne vnquam idibus Martijs Senatus ageretur ; constitutum est . Et Senatus consultum ante exortum / aut post occasum solem



## LIBER TERTIVS.

factum ratum minime fuit. De rebus quoque diuinis priusquam humanis ad senatum referendum erat, alia id genus veteres in faciendis senatus decretis obseruabant: de quibus, M. Varro librum ad, Gn. Pompeium scripsit: cum ei primus consularatus cum, M. Crasso delatus esset. Sed eum desiderari, A. Gellius li. xiiii. scribit Fenestella etiam tradit post Papirium praetextatum minori quinq; & viginti annis senatum ingredi non licuisse: quod & Plutarchus in vita Pompei magni scribit: & iure ciuili cautum est: & in ipso Pompeio vt in alijs obseruatum legimus: nondum enim in quarto & vigesimo anno: licet praecleara bello egisset: i senatum admissus fuerat: huic autem edicto causam Papirius dedit: vt testis est Macrobius. Fuit etiam apud maiores senatusconsultum tacitum: quod quale fuerit: aut quare sic dictum fuerit: Capitolinus in vita Gordianorum ostendit: vt si forte aliqua vis ab hostibus immineret: quae vel cogeret humilia captare consilia: vel alia qua constituere: quae non prius dici/ quam effici oporteret: Senatusconsultum tacitum fieret: ita vt non scriberent/ non serui publici/ non censuales illis actibus interessent: Sed senatores exciperent: & omnium censualium/ scribarumque officia complerent: ne quid forte proderetur: Consultas senatus cum essent conclusa: coram ipsis: qui decreuerant: scribebant: & cum Tribuni plæbis de more, L. litteram subscripsissent: ad aerarium deferbantur: vbi in libris elephantinis ad id institutis scripta conseruabantur: vt apud Blondum de Roma triumphante scriptum reperimus: cui in senatuscon. quae ad principes pertinebant: Vopiscus assentit. Quod autem supra diximus senatusconsulta prius latis: derogare legibus: Tertullianum; senatuscon. & alia quaedam ostendunt: sicut ab eisdem leges fuisse extensas probat senatus decretum orficianum: ab orficio consule altero nominatum & Pegasianum quod a pegaso consule nomen accepit: & alia complura quae nunc referre non est necesse.

## PRAETORVM EDICTA.



ED cum bellis finitimis consules auocarentur: et in ciuitate desideraretur: qui ius diceret: Romanis vt Pomponius refert: praetoram creare placuit: quam qui gessit: praetor a praeeundo si Varroni credimus/ & urbanus quod inter vrbanos ius redderet: tandem appellatus est: Liuius tamen alia creationis praeturae originem commemorat: & eius opinionem Fenestella adhaeret: scribit enim patres post longas altercationes permisisse consulem alterum e plabe creari: & ideo plabibus voluntate sibi nouum concessum fuisse magistratum: qui e patribus crearetur: praetoremque a praeeundo populo esse dixerunt: qui hunc magistratum gerebat: & vt iam retuli: eo quod in vrbe ius diceret: urbanus tandem fuit appellatus: Sed eo non sufficiente propter aduenientes exteros/ & multitudinem peregrinorum Romam confluentem: deinde post aliquot annos alter praetor creatus est: & quonia iter peregrinos cognoscebat: peregrinus appellatus est. Subactis postea quattuor prouincijs Sicilia: Hispania: Sardinia: et Narbonensis: totidem praetores: quot prouinciae in dittonem uenerant: partim qui urbanis rebus / partim qui prouincialibus praesent: creati fuerunt: deinde Cornelius Sylla quaestiones publicas de falso: de parricidijs: de Siccarijs constituit: et ideo quattuor praetores adiecit: post Iulius Caesar duos praetores constituit: bonus deinde Augustus. xvi. praetores creauit: duos postea qui de fideicommissis ius dicerent: Claudius adiecit: et quibus vnum Titus detraxit: et vnum qui inter fiscum et priuatos ius diceret: Nerua adiecit. penes hunc vero magistratum omnis publici/ priuati que iuris potestas fuit: vt fenestella memoriae tradidit: adeo quod iuri veteri ab rogare/ et nouum condere ei facultas erat: et vt ciues scirent: quod ius de quaque re quisque diciturus esset: Seque praemunirent: edicta praeponebat: quae ius honorarium



## LIBER TERTIVS

constituerūt: & quia ab honore prætoris id ius venerat: ideo honorarium dictum est, tantum enim aucta est prætoris authoritas: vt quod ipse edixisset: ob ipsius honorem ius honorarium vocaretur. Idem ius prætorium etiam dictum est: eo quod a prætoribus: vt Papiniano placuit: adiuuādi: Supplendi: vel corrigēdi: iuris ciuillis gratia propter vtilitatem publicam introductum foret: Adiuuat enim cum institutis dat bonorum possessionem secundum tabulas: qui iure ciuili prius hereditatis petitionem habebant. Supplet quando quādo omnes domini dolo fecerint: quominus seruum qui furtum fecerit in potestate haberent: nam iuris ciuillis actionem prætor subsequitur: & iudicium honorariū ex hac causa in eum quem actor elegerit: dare pollicetur: vt apud Iulianum de noxalibus actionibus reperitur. sed & i successione prætor ab iure ciuili omissum suppleuit: nam cum ius ciuile nullam cognatorum mētionem fecisset: eos prætor succedere post suos & legitimos voluit sicut Diocletianus: Maximianus: Iustinianusque: & alij imperatores multi post Vlpianum: Caium & complures alios iureconsulto retulerunt. Iustiniani postmodum constitutio omnem inter agnatos & cognatos succedendi differentiam sustulit. Ius autem ciuile prætor Corrigit in futuro manifesto: Decem viri enim qui post reges exactos leges quibus Po. Romanus vteretur: in xij. tabulis scripserūt: furem qui in manifesto furto prehensus esset: tum demum occidi permiserūt: vt Gelius libro vni decimo testatur: si furtum/aut noctu faceret, aut interdium se quum prehenderetur: telo defenderet: E cæteris autem manifestis furibus liberos verberari/addicique ei iusserūt: cui factum furtū esset: si modo id luci fecissent: nec se telo defendissent: Seruos item furti manifesti prehēsos verberibus affici: & e saxo precipitari: Sed pueros impuberes prætoris arbitratu verberari/noxāque ab his factam sarciri voluerūt. Postea ab lege illa decem virali discessum est: nam si quis super

manifesto furto iure & ordine experiri velit; actio in quadruplum ex auctoritate praetoris datur; ut Iustinianus de perpetuis & temporalibus actionibus scriptum reliquit. Complura praetorum edicta in digestorum libris legimus de his qui notantur infamia; de dolo de metu; de in integrum restitutione; de damno infecto; de operis noui nuntiatione; de incendio; & alia id genus; quibus iuris civilis libri replentur. plura enim decreta e sola praetoris iurisdictione in libris padeptorum habemus; quam e reliquis omnibus simul civilis disciplinae partibus. Et interdum iurisdictionis perpetuae praetores edicta proponebant; ut de pactis seruandis; de iure iurando; quorum honorum; de tabulis exhibendis; & similia; aliquando prout res incidebant; ut de aliquo in ius vocando; Et in albo; vel in carta; aliaue materia edicta proponebantur. Et quod erat iurisdictionis perpetuae corrumpens; poenam aureorum quinquaginta; secundum Vlpianum infam luebat; & falsi crimine auctore Modestino libro digestorum duodequingagesimo tenebat; qui dolo malo edicta corruisset. Neque praetores; neque iuris codendi auctoritate praetoribus aduentus imperatorum abstulit; quum illorum numerus ab his aliquando auctus fuerit; & noua (ut paulo ante diximus) praetoribus iurisdictionem principes interdum dederint. praeterea diui fratres cum maritus quidam eorum temporibus praegnante uxorem ea inficiate diceret. Valerio Prisciano praetori urbano; quid in hac re faciedum esset; rescripserunt; ut de vetere inspiciendo Vlpianus refert; praetorem quoque aduersus Campanos; qui metu cuidam illato cautionem pollicitationis extorserant; interlocutum Vlpiano assidente legimus. Paulus insuper se praeturam gessisse de manus missis vindicta scriptum reliquit; qui tamen Alexandri temporibus fuit; Drusus etiam Augusti priuignus; & Galba; & complures alij praeturae honorem imperatorum temporibus nacti sunt. Constat ergo praetores imperatorum temporibus fuisse; Sed non tantae fortassis auctoritatis; ut

## LIBER TERTIVS.

prius: quod & in alijs magistratibus coniectare licet: quorū potestas aduentu principum diminuta est: vnde Decius Seuerus prætor/ quia in quadam restitutione dubitabat: imperatorem Seuerum apud Vlpianum de minoribus cōsuluit: vbi alias propria authoritate statuisset. Prætori regia insignia consularēque ferme apparatus: lictores vero non amplius sex: Sella curulis: & Trabea: cæteraq; huiusmodi tradita fuerunt. Paulus tamen Aemilius prætor in Hiberiam belli gratia se conferens: duodecim lictores secundum Plutarchum habuit. Præterea Equis albis/ & Trabea candida prætor utebatur. Primus qui hunc magistratum gesserit: Rutilius dicitur est: vt in libro duodequadragesimo apud Vlpianū scriptum habeo. Sed Liuius cui magis crediderim: SP. Furium M. filium Camillum primam habuisse præturam libro septimo asseuerat: vt cūq; fuerit: hoc magistratu functi sunt viri illustres Aemilius: Scaurus: Corne. Sylla. L. Lucullus. M. Cicero. C. Cæsar: Brutus & alij cōplures. nec mirum sit: quū e patribus (vt dixi) prætores crearentur: licet postea immutatum fuerit: nam ex plæbe creati cœperūt. Q. que Publius Philo. primum de plæbe prætor aduersante Sulpicio cōsule factus est. Et prætura/ sicut Tribunatus/ & adlitas media dignitas erat iunioribusque/ vt Plutarchus refert: dari solebat. His tamen dignitatibus omissis. T. Flaminius in iuuentute summam consulatus dignitatem obtinuit.

AYMARI RIVALLII ALLO,  
BROGIS Q VARTVS IV  
RIS CIVILIS H  
STORIAE  
LIBER.

DECRETA PRINCIPVM.



OSTREMO gens romana iterum  
vni obtemperare principi coepit; an  
no vrbis conditae (vt Aurelius tradit)  
Septingentesimo vicesimo secundo; ab  
exactis ꝑo regibus quadringentesimo  
octagesimoque; siue vj: siue; (vt alijs  
probabilius videtur) quod per vnũ  
consult reipublicae necessarium fo  
ret; nam senatus nõ perinde ptouin  
cias omnis regere poterat; cuius tamen potestas/ vt supra  
in senatusconsultis diximus; non omnino exoleuit; nam &  
Imperatores ipsi nõ tantũ semel atque iterũ; Sed aliqui quin  
quies/et saepius consultũ primã senatus dignitatẽ gesserũt  
vt Historici memoriae tradiderũt; praeterea adhuc extant s  
lorũ nũmis; nata; in quibus exempli gratta. III. COS. et. VII.  
COS. id est quartũ & septimũ cõsul. legimus; dico autẽ quartũ  
et septimũ Consul. tẽpus ad significãtia; et eundẽ ter/ aut se  
xies consulem ante factũ; non quarto et septimo; quibus lo  
cus/et tris/vel sex ante factos e Gelijs sententia. Lib. decimo  
ad significatur. Immo/ Augustus exegisse fertur; vt quotiens  
sibi cõsulatus daretur; binos pro singulis collegas haberet;  
qui nõ obtinuit; clamantibus cunctis satis maiestãtẽ eius im  
minui quod honorẽ eũ nõ solus/ sed cũ altero gereret. Fuit er  
go iterũ apud Romanos prima reipublicae species; et qui ei  
praefuit imperator; vel sanctiori noie Augustus in hãc vsque

## LIBER QVARTVS

atatem dicitur est; propterea quod regium nomen apud Quirites a Tarquinio exacto odiosum remansit; cuius lege regia datum est; vt. lib. digest. i. Vlpianus de constitutionibus principum refert; vt quod constituisset; ratum esset; quod ergo imperatori placuit; legis vigorem habet; & siue per epistolam; & subscriptionem aliquid statuit; vel cognoscens decreuit; vel de plano interlocutus est; vlt edicto precepit; legem esse constat; haec sunt; quae vulgo constitutiones siue decreta principum appellantur. Imperatoris quoque oratione in senatu recitata leges codicibus habent; codicibus seruabatur; sicuti Theodosius; & Valentinianus constituerunt. vnde iureconsulti (quantum ex scriptis eorum colligimus) modo imperatorum epistolas referunt; vt in Marcello referente li. digest. i. Diui Marci & Commodi Scapulae Tertullo rescriptum probat. & Calistratus diuum Adrianum Iunio Varro legato praevinciae Caeciliae rescripsisse in titulo de testibus dicit; post eiusdem principis epistolas plures ad verbum commemorat; interdum imperatorum sententiam & decretum ipsi iureconsulti referunt; & ideo Paulus lib. digest. vnde quinquagesimo de iure fisci; Adriani sententiam refert. Aliquam principis edictum iuris periti commemorant; in qua re Calistratus Diui Claudij edictum in titulo de falsis referens testis est. Marci quoque orationis transactionem alimentorum; prohibentis abunde iureconsulti meminerunt. orationem etiam Seueri & Antonini quaedam Senatorum nuptias inibentem iuris periti commemorarunt. sed & ex oratione Adriani in senatu circa petitionem hereditatis habitam; multa apud iureconsultos legimus. Saepem constitutum iuris modum siue formam iuris periti omittentes generaliter loquuntur; & vocabulo generali constitutione; vlt huius simili utitur; Quare Africanus li. digest. vij. & xxx. Diui Prae Constitutionem ad Tuscium Fuscianum Numidiae legatum adducit. Nec satis est constantis opinio in qua primam huiusmodi lege regia transacta fuerit; quauis Augustum retinenda re publica Suetonius praeseverasse dicat; quod illa sine periculo plurimum arbitrio committi non posset; sed & quod sibi privato

meret: at legis regiae nō meminit. Sed sicuti maxime dubiū est: in quē primū lege regia translātū fuerit imperiū: ita post deuictum Pompeium/anno fere septingentesimo ab vrbe condita rempublicā a Caio Iulio Cæsare occupatā fuisse: & hoc modo eum imperandī viam aperuisse certissimū est: quā propter nō ab re fuerit: aliquid de Iulio subtexere: priusquā imperatores/ & Augustos cōmemorem: qui quintam iuris ciuilibis partem Romanis tradiderunt.

**L**VLIVS Cæsar stipēda prima Marci Thermi prætoris cōubernio in Asia faciēs/ ab eo in expugnatione Mitylenarum corona ciuica donatus est. Tribunus militū authores restituēda Tribunitiæ potātis: quā Sylla diminuerat enixissime iuuit. Quaestor vltiorē Hispaniā administrauit: & Iuliā amitā: vxorēq; Corneliam defunctas e more pro rostris laudauit. in petitione Pōtificatus maximi. Q. Catullo: & Ser. Isaurico duobus potētissimis cōpetitoribus prælatus/ plura i eorū tribubus suffragia: quā vterq; in oibus tulit: cōsul legē Agrariā pmulgauit & tam senatus quā ppli diurna acta cōfici instituit. post Crassi & Pōpei cædē/ cū quibus orbis diuiserat imperiū: Dictaturā ppetuam cōtra leges ppli Romani recepit: secūdū quas nefas fuit vltra sextū mēsem hūc retinere magistratū: alioquin de republica hūmerus est: priuatus em Galliā/ quæ ei p pte sua obuenerat: in p uinciæ formā redegit: eiq; nomē stipēdij in singulos annos imposuit. Germanos maximis cladibus affecit. Britānos añ eū ignotos supauit. Pharnacē Mitridatis filiū vna acie pfligauit. Pōpeiū olim generū in Pharsalijs: Sciptionē in Africa: Pompeiūq; liberos In Hispania deuicit: ciuem maiorem viginti annis/ minorēve decem/ qui sacramento non teneretur: plus triennio Italia abesse vetuit. legē Sumptuariā exercuit. Parricidas bonis omnibus: reliquos delinquentes dimidia bonorum parte mulctauit. Lecticarum/ conchilifera vestis/ & Margaritarum vsū adimens: certis ætatibus/



## LIBER QVARTVS

& personis/perque certos dies eas concessit.& suspitio magna fuit eum Cinnæ tribunoplæbis iussisse: vt legem se absente ferret;vt vxores viris ducere liceret: quas & quot ad procreandam sobolem cuperent. Fastos vitio pontificiū per intercalandi licentiam turbatos corrigens annum ad cursum solis accōmodauit;vt trecentorum sexaginta quinque dierum esset;& vt intercalario mense sublato/vnus dies quarto quoque anno intercalaretur: idque Bisextum nominandum censuit. vt apud Macrobiū lib. i. saturnalium legitur: Quintilem mēsem e suo nomine Iulium vocauit. ius ciuile ad certum modum redigere proposuerat;& ex immensa diffusaq; legum copia optima queque & necessaria in paucissimos conferre libros in animo habuit. Sed eū mors præueniens male cum iuris peritis egit; ante Cæsarem tamen cōsul Pompeius ius redigere tentauit. sed obtrectatorū metu nequaquā perseuerauit. Sexto & quinquagesimo ætatis anno Cæsar tribus & viginti plagis cōfossus periit; talem exitū e sentētia sortitus: nam pridie quam occideretur: finem vitæ repētinum alijs prætulerat. Et cum ob negotiorum multitudinem/& vrbs magnitudinem vini vrgentium causarū affatus denegarentur: mutua amicorum colloquia primus per epistolas secundum Plutarchum excogitauit.



**V**GVSTVS filius Iulij adoptiuus rempublicam post Cæsare primū cū M. Antonio;& M. Lepido p decem annos tenuit hique dicti sunt tres viri rei publicæ constituendæ: de qua re extāt adhuc numerosa: deinde legato in perpetuum Lepido cum Antonio tātum duobus annis præfuit postremo cum Antonio victus mortem sibi consciuisset: per quattuor annos sup. quadraginta solus imperauit. Cassium & Brutū in Philippicis: L. Antonium Perusiæ: Sextum Pompeium inter milas/& Naulochum deuicit. M. Antonium nauali prælio apud Actium superauit;& ad mortem eum psecutus adegit. Bella exteris

aliquando per se: Sæpius tamen p̄ legatos intulit: & Cantabriam/Aquitaniam/Pannoniam/Dalmatiam/& omne Illiricum multasque alias regiones domuit: & in suam potestatem redegit, forum/ædem Martis vltoris/& templum Apollinis in palatio /ædemq; Iouis tonantis in capitolio extruxit, annum ab Iulio ordinatum/Sed postea negligentia conturbatum: rursus ad pristinam rationem Pōtifex maximus redegit, Sextilem mēsem e suo cognomine Augustum nuncupauit: Sextilis enim prius a numero appellabatur: quod a Martio sextus esset: a quo annus, vt in Romulo scriptissimus initium cœpit, Sic Quintilis ante Cæsarem quod quintus mensis esset: dicebatur: his mensium nominibus, M, Cicero in epistolis semper vitur, Sacerdotum & dignitatem/ & numerum/ Cōmodaq; auxit, patris patriæ cognomen sibi a senatu & populo delatum lachrimans recepit, dicti sunt post hac reliqui etiam imperatores patres patriæ: vt Historiographi docēt: & fere in omnium numi smate etiam sceleratissimi cuiuscq; videmus, Sed Cicero consul extincta coniuratione Catilinæ, Primus omnium Romanorum pater patriæ merito appellatus est, Orbe pacato Ianu Quirinū clausit, Anno eius imperij altero & quadragesimo Christus dei filius e Maria virgine natus est: si Eutropio credimus, legem de adultarijs sanxit: Sūptuariāq; & de impudicitia: de abitu & de maritandis ordinibus: verba autē huius sumptuariæ legis libro secūdo post Geliū retulimus: tēpus spōsas habēdi coartauit: & diuortijs modū iposuit, Sexto & septuagesimo ætatis anno/diebus quinque & triginta minus vita leniter defunctus est.

**C**IBERIVS Augusti priuignus/gener/adoptiuusq; filius imperiū dissimulatione diu recusatū tādē senatus precibus assumpsit, Stipēdia prima expeditione cantabrica Tribunus militū fecit, Illyricū omne quod defecerat: triēnio in ditionē redegit, Bellū gerēs Rethicū atq; Vnidelicū alpinas gentes domuit, Pannonico

## LIBER QVARTVS

bello Dalmatas et Brencos subegit, ducto ad orientem exercitu regnū Armeniæ Tigrani restituit, patris patriæ cognomen/ciuicam quoque coronam/ sicut Imperatoris præ nomen recusauit: maiestatem pristinam et potestatem vsque adeo senatui cōseruauit: vt tertia reipublicæ, species, rediisse crederetur: quicquid certe negocij fuit: ad patres referebatur omniaque, in republica occurrentia expediebant. Senatui vt senator/ non vt princeps interfuit: & quum Senatusconsultum per discessionem forte fieret: sententiam que in alteram partem: in qua pauciores erant: transeundo diceret: neminem qui eum sequeretur: habuit: vt a Tranquillo mihi traditū est: supra alios principes libidine flagrauit edicto quotidianā oscula prohibuit, per senatusconsultum sanxit: vt foeneratores duas patrimoniū partes in solo collocarent: debitores totidem æris alieni statim soluerent. Anno eiusdem imperij duodeuigesimo: vt Eutropius tradit: Christus pilato iudice pro nobis crucifixus est, artes Liberalis studiosissime coluit, præsidibus onerandas tributo prouincias suadetibus/ boni esse pastoris tondere pecus/ non deglubere res scripsit, & cū Tiberio Christi sanctitatem/ et dogmata Pontius Pilatus retulisset: eum inter deos haberi decreuit: sed senatus non admisit. Obijt duodeoctagesimo ætatis anno. Imperij tertio supra vigesimum: decimosexto kalendas aprilis. Et quia Pilati incidit mentio: hoc loco non inuoluere silentio putauit: quod Eusebius scribit Pilatum cum in multas calamitates incideret: propria se manu Caligulæ temporibus interfecisse: quod ergo vicnenses nostri de huius morte dicere solent: fabulis annumerarim: si apud eos non interijset, aliquos tamen scripsisse platina in christi vita refert pilatum sceleris in deum commissi poenituisse: ac veniam a



deo habuisse.

CAIVS Cæsar Drusi fratris Tiberij nepos/ & Germanici ex Agrippina filius Caligulæ cognomē castrēsi

Ioco traxit, nouum spectaculi genus excogitans/ Baïis pu-  
teolanas moles, ponte coniunxit: & aduerso habitu per hūc  
pontem continenti biduo commeauit, templum Augusti/  
theatrumq; Pompeij absoluit. Germanicā rātum expeditio-  
nem suscepit, Lupanar in palatio constituit: more comitō-  
rum reuocato suffragia populo reddere tentauit, inuidia, &  
libidine flagrauit: & ne leges quidem bonas aliquot tulit: ve-  
rum quasi omnē scientie vsum iuriscōsultorū aboliturus sē-  
pe iactauit se effecturū/ ne quid præter equū respondere pos-  
sent liberā magistratibus iurisdictionem, & sine sui apellatio-  
ne cōcessit, cum omnibus fororibus suis stupri consuetudi-  
nem fecit, vixit annis octo & viginti: triennio & decem mē-  
sibus/ diebusq; octo imperauit, & eū fuisse occisum cōstat: sed  
qualiter: duplex fama a Suetonio referē, quadagesimā sum-  
mā de qua litigabatur; exegit: componensq; / vel donans ne  
gocium / puniebatur.



**C**LAVDIVS e fratre Tiberij nepos: Drusi & Anto-  
niae filius Caligulae q; patruus; quinquaginta an-  
nos natus imperiū cepit, ius dicēs nō semp præ-  
scriptā legū duritiam lenitatēve multarum secu-  
tus est, his em̄ qui plus petēdo apud priuatos iudices formu-  
la exciderāt: actiones restituit: & e diuerso ī maiori fraude cō-  
uictos poenā transgressus legitimā ad bestias cōdēnauit, Ex  
peditiōnē vnā aduersus Britānos tumultuantes suscepit lu-  
dos saculares ante tps legitimū edidit: causatus q; ab Augu-  
sto anticipati fuissent: portū Hostiensem fabricauit senatucō-  
sultū Velleianū post ei<sup>9</sup> edictū ne foeminae p viris suis iterce-  
derēt: Marco Sillano & Veleio consulibus factum est, Et quū  
præ pudore ex cōtīnētia crepitus vētris periclitatū quēdā au-  
diuisset: edicto veniā dare cogitauit flatū crepitūq; vētris in  
conuiuio emittēdi, si in hac re Tranquillo credimus: tris no-  
uas litteras commentus/ numero veterū quasi maxime ne-  
cessarias addidit, memoria adeo iualidus fuit: q; occisa eius

## LIBER Q VARTVS

iussu Messalina vxore / paulopost quam in triclinio decubi-  
 buit; cur ipsa non veniret; requisierit: pupillis extra ordi-  
 nem tutores dari a consulibus sanxit; Iurisdictionem de fidel-  
 commissis in perpetuum/atque etiam per prouincias pote-  
 statibus demandauit; quæ prius quotannis / et in vrbe rans-  
 tum magistratibus delegabatur, pro conditione cuiusque  
 ciuis vacationem legis Papiæ Pompeiæ dedit; latins ius  
 quirinum; foeminis ius quattuor liberorum constituit; Cas-  
 piti legis papiæ a Tiberio Cæsare edito / ne Sexagenarij vt  
 pote ad generandum inhables vxorem ducere tenerentur;  
 Claudius abrogauit; censor esedum argenteū sumptuosafa-  
 bricatum ac venale ad Sigillaria redimi concidique coram  
 imperauit; & vno die viginti edicta proposuit; inter quæ hæc  
 duo fuisse apud Suetonium legimus; vt vberi vinearum pro-  
 uentu bene dolia picarentur; & nihil æque ad viperæ mor-  
 sum facere / quam Taxi arboris succum, Iram & Miracundiam  
 edicto excusauit, ex Herculaniilla; vxore Drusum & Clau-  
 diam / e Petina Antoniam; e Messalina Britanicum & Oc-  
 tauiam suscepit, dolens quod Neronem adoptasset; tertio  
 idus octobris / quarto & sexagesimo ætatis anno; Imperij  
 quartodecimo vita defunctus est.

**N**ERO claudij pronepos / & filius adoptitus / an-  
 nos gerens decem & septem principatum arrip-  
 puit, Anneo Senecæ in disciplina traditus / eum  
 ad necem deinde compulit; Ianū Geminū clausit;  
 Musica & equorū studio magnopere se oblectauit; eius tēpo-  
 ribus senatuscōsultū Trebellianū, A. Seneca et Trebel. Maxi-  
 mo consulibus factū est, Interdixit ne cocti aliquid in populi  
 nis præter legumina / aut olera / ventret, Christianos suppli-  
 cīs affecit; aduersus falsarios primus reperit; ne tabulæ nisi  
 pertusæ / ac terlino per foramina traiecto obsignarentur, &  
 ne quis alienum scribēs testamentum legatum sibi ascribe-  
 ret, litigatores pro patrocinijs certam dare mercedem; sed

erarium gratuita præbere subsellia constituit, omnes appellationes ab iudicibus ad senatum fieri iussit, & ut solo testatorum nomine inscripto duæ primæ testamentorum ceræ signaturis vacuæ ostenderentur disposuit matrem lasciujs nequaquam audientem mori coegit, Aprilem de nomine suo Neroneum appellari voluit, sub eo triginta hominum milia vno Autumno peste occubuerunt, Urbem incendens quicquid memorabile/atque visendum ex antiquitate extabat: aboleuit, ab eo Gallia/Hispaniaque omnes desciuerunt, domum ut legimus; a palatio exquisitas usque excitauit, luenailes Circenses; Scenicos ludos & gladiatorium munus edidit: consulatus quattuor gessit, mortem sibi altero & trigesimo ætatis anno consciuit: & cum eo Cæsarum progenies extincta est.



**Q**ALBA Aquitaniam/Hispaniam Tharacensem/ & Africam biennio priuatus obtinuit, iuri inter liberales disciplinas operam dedit, prætor commissione ludorum floralium nouum spectaculi genus Elephantos funambulos edidit, princeps lunij: Iteli: & Cornelij arbitrio regebatur, crudelitate, simul atque auaricia taxatus/Pisonem Licinianum pro contione adoptauit, iuramentum liberorum paucis/ac ne his quidem nisi ad certum præfinitumque tempus concessit, in mares libidine flagrauit: septimo mense quam imperium susceperat; annos tris super septuaginta natus/occisus est:



**Q**THO: L. Othone & Albia natus congruentia morum & consuetudine mutui stupri gratiam Neronis tenuit, Lusitaniam decem annis singulari abstinentia quaestorius administrauit, sperans a Galba adoptari/Pisone prælato spe frustratus/necis Galbe author extitit, ciuilia bella mirum inmodum detestatus est: turpi vita adolescens fuisse traditur, apud Bebryacum a Vistellio fraude supatus/octauo & quinquagesimo ætatis anno/

## LIBER Q VARTVŖS

quinto & nonagesimo imperij die pugione vitā sibi finiuit.



**V**LVS Vitelius congruentia morum Caio primum Claudio deinde; & postremo Neroni familiaris; ab iisdē honoribus & sacerdotijs auctus est. Germaniā inferiorem priuatus gubernauit; sed paulopostquam in provinciam venit imperator a militibus sibi consalutatus fuit. tribus praelijs apud alpes/circaq; placentiam/ & ad Castoris primo ab Othone repulsus; demum apud Bcbryacum fraudē eum superauit. saeuus & crudelis fuit. octauo imperij mense exercitus mesiarum/ iudacus simul & pannonijs/ ab eo descuerūt; & Vespasiani partes secuti sunt. puer/ adolescēs quoque omnibus probris contaminatus est. proconsul Africam a dminisrauit. Comitā in decem annos/ seq; perpetuū consulem ordinauit. gulā supra modum deditus epulas trifariam semper/ quadrifariam interdum in tentacula/ & prandia/ & cœnas/ cōmessationesq; dispertiebat: omnibus vomitandi cōsuetudine sufficiēs. cum fratre & filio septem & quinquaingenta annos/ gerens oppressus est: cum octo mēsis/ & vno die imperasset: vt scribit Eutropius.



**V**ESPASIANVS e Sabino & Vespasia Polla ortus/ Germanicam expeditionem sub Claudio obiuit: inde in Britāniā trāslatus duas validissimas gentes/ & insulā Vectem Britāniā pximam in deditiōnem redegit. Neronis auspicijs iudæos/ qui cæso eorum præposito rebelauerant/ assumpto inter legatos maiore filio debellare cœpit reuersus occiso Vitellio imperium nactus est. templum pacis foro pximum fecit: amphitheatrum media vrbe ædificauit. sub eo senatuscōsultū Pegasianum Pegaso & Pusione cōsulibus factum dicitur: quod rogato hereditatē restituere/ perinde quartam partem retinere permisit: atq; lex falcidia e legatis retinere cōcedit. Clamēs vsq; adeo fuit: quod iustis supplicijs illachrimauerit. notata est tamē in eo pecuniā cupiditas. auctor senatui fuit decernēdi: vt quæ seruo alieno se

iuuiffet; ancilla haberet. Et ne creditū filiorū familias foene  
ratores vnquā etiā poft patrū mortē exigent facetus & di-  
cacitatis plurimā erat; neq; iocis in mortis extremo metu ab-  
fuit. Primus e fisco latinis & græcis Rethoribus annua cēte-  
na cōftituit. nullū fraude exceffit; āno vitæ vñ feptuagefimo  
mēfe ac die feptio poftquā nouē ānis & feptē diebus ipaffet.

**V**ITVS Vefpafiani e Domicilla, filius Tribunus  
milītū in Germania & in Britānia meruit a patre  
relictus vt iudeā perdomaret; Hierofolymam na-  
tali filiaē suæ cœpit, recordatus super cœnā quod  
nihil cuiquā toto die præstitiffet; apud amicos se diē pdidiffē  
cōquæstus est. e quæstura honore legioni aliqñ præpositus/  
Thraciā & Gamalā vrbes iudææ validiffimas in potestate  
redegit. equo quadā acie sub foeminibus amiffio alterū cuius  
rector cōtra se dimicās occubuerat; icēdit. Ne de eadē re plu-  
ribus ageret legibus cōstituit. & inter cætera de statu defun-  
ctorū quæri vltra certos annos vetuit. cū pfe triūphum; de iu-  
dæis egit. sub eo Veseuus mons in Cāpania cōflagrauit; Ro-  
ma per tris dies incēdiū passa est; supra quā credi poſset pesti-  
lentiā laboratū. Pōtificatū maximū vt puras seruaret manus  
accepit & quū Tibertus bñficia a superioribus cōcessa prin-  
cipib⁹ rata haberi iſtituiffet; ſi eadē sequētes dediffent; & oēs  
dehinc Cæsares id iſtitutū obſeruaffent; ipse primus præteri-  
ta oīa bñficia vno edicto cōfirmavit; nec a se peti passus est.  
puer/adolescēs/sequēti quoq; atate corporis & animi doti-  
bus explenduit. morte sua altero imperij anno sup menses  
duos/diesq; viginti/annos gerēs duos & quadragita iterijt;

**COMITIANVS** Titi frater ei tñ & patri moribus abſ-  
milis/ludos ſeculares edidit. Capitolino Ioui certa-  
men triplex Musicū Equeſtre & Gymnicū iſtituit.  
eius tpius ſenatuscōſulto cautū est; vt ſi quis p colluſionem  
quicq; i libertate factū pbaffet; & hō de q pbaret; ſeru⁹ eēt; ei⁹  
ſeru⁹ fieret; q colluſionē detexiffet; Cattiſpōte bellū iulit in



## LIBER Q VARTVS

Dacos & Sarmata's necessario expeditiones suscepit. L. Antonium superioris Germaniæ præsidem per legatos superauit. Corneliã virginem maximã cõmiffisse incestum cõuictã e more defodi imperauit. castrari mares vetuit reuocata coenarum reftarum consuetudine sportulas publicas sustulit. Capitolium quod rursus arserat: sub titulo tantũ suo restituit. nouam ædem custodi Ioui/ & forum/ & flauia genitris templum construxit. dominum sese deumque appellari iussit. relictas ab his hereditates quibus liberi erant/ non recepit. post quadragesimum quintum ætatis annum; & imperij quindecimum. xliij. calend. octobris occisus est.



**C**OCCEIVS; Nerua oppido Naruiesi genitus post Domitianum imperij administrationem suscepit afflictas ciuitates releuauit. frequens iurgiorũ disceptator fuit. huius abstinentiam/ & moderatiõnem Cornix ante Domitiani exitum; erunt omnia bene in capitolio elocuta/ prædixerat. ostetum disticho sic interpretante. Nuper Tarpeio quæ sedit culmine Cornix: Est bene non potuit dicere; dixit erit. Domitianus etiam post se reipublicæ statum beatiorẽ fore præsensit: dum gibbam sibi pone ceruicem aureã enatam somniasset: Si his prodigijs fas esset credere. euentu tamẽ Neruæ modestia patuit. nihil vnquam suo arbitrio statuit; sed principes viros in consilium semper adhibuit. & ne serui dominos criminarentur: edicto vetuit. Traianum sibi extraneum adoptans/ & mox in curia Cæsarem designans publicæ vtilitati cognatos omnis post posuit. Militibus liberam & quidem perpetuo testamenti factionem concessit; cum anteriores principes ad tempus dissent; mos tamen ante imperatores Romanis erat: sicut Plutarchus in Coroliano refert; vt in acie cõsistuti priusquã clipeos reciperent; togasque circũcingerent; tribus aut quatuor audientibus vna sine scriptis testamenta conficeret; he redemq; nuncuparent; quod Romani in bello volcorum

Cominio consul fecerunt, puellas & pueros egenis parentibus natos sumptu publico alii per Italiae oppida iussit, quinto & sexagesimo aetatis anno; imperij mense sextodecimo/dieq; nono extinctus est, multas leges tulit, cum de alijs/tū maxime ne mares castrarentur, Neve fratris filiam vxorem ducere fas esset.



**U**LPIVS Traianus adoptivus Neruae filius/ apud agrippinā nobilem Galliae coloniam imperium suscepit ob honorem Surae lauacra condidit, iusticiam admodum coluit, iuris humani & diuini tā noui repertor, quam veteris custos fuit, eius temporibus Senatus consultum Rubrianum/ Rubrio Gallo & Celio Pisonē consulibus factum est, & eo cautum; vt si hi a quibus libertatem seruis praestari oporteret; euocati a praetore adesse non luissent; & causa cognita praetor libertatem his deberi pronunciaisset; eodem iure status seruaretur; ac si directo manus missi essent, Fines Romani imperij/ quod post Augustū magis defensum fuerat/ quam ampliatum/ longe lataq; diffusit, Dacos subegit; quorum rex mortem sibi consciuit, lapideum pontem opus sane mirandum & memorabile in isto fecit, Armeniam; Assyrīam; Mesopotamiā imperio Romano addidit, sub eo Tiberis inundans multas aedes demolitus est; & multis in puincijs terrae motus/ pestilentia/ fames/ & incēdia fuere; quibus ad vires exquisitis vndiq; remedijs subuenit; statuēs etiā ne domorum altitudo sexaginta pedes excederet; ob ruinas faciles/ & sumptus si quando talia euenirent; exitiosos, vnde merito pater patriae dictus est, Et cū homicidia; furta; adulteriū; latrocinia; & id genus maleficia a Christianis vetari audiuisset, Plinio secūdo quid de his facere oporteret; quarenti; inquirēdos non esse, oblatos & opositi oportere rescripsit, gulae paululum indulgit, in adolescentulos pronus fuit, a senatu Parthicus/ Dacicus/ & optimus appellatus/ optimi nomē libentius accepit, mortē pro-

## LIBER Q VARTVS

fluuio alui obiit anno vnde uige imo; mense sexto: & quinta decima die quam imperium susceperat: annos sexaginta gerens super menses duodeuiginti; & quindecim dies.



**A**DRIANVS Traiani principis consobrino genitus memoria admodum claruit. Legatus pretorius Sarmatas compressit, adeptus imperium paci operam intēdēs rebellantēs prouincias a Traiano subactas reliquit; tanti senatum fecit; quod cum Atutinum senatorem faceret; nihil se amplius habere/ quod in eum possit cōferri ostēderit, in eos qui in ciuitate sepulchrū faciunt; & in magistratus qui id patiūtur; poenā quadraginta aureorū statuit; quā fisco inferri iussit; locūq; publicari; & inde corpus transferri voluit. Gladiatoriū munus per sex dies exhibuit, mille feras natali suo edidit, in Britāniā murū qui barbaros Romanos que diuideret; per octoginta milia passuū duxit, Galliam peragrans in honorē Plotinæ Basilicam apud Nemausum opere mirabili extruxit, Terracone sumptu suo ædem Augusti restituit, bellū a Parthis motū colloquio repressit, Pantheū/ Septa/ Basilicā Neptuni/ forum Augusti/ Lauacrū Agrippæ proprijs & veteribus noīs Romæ instaurauit, pontē sui noīs; & sepulchrū iuxta Tyberim fecit, oratione habita author senatus fuit censendi pridie idus Martias, Q. Iulio Balbo; & P. Iubētio Celso cōsulibus; de petitione hereditatis; & de rebus hēditarijs distractis; de dolo præterito; & fructibus. Suo arbitrio mētis impetū gubernauit; interdū sæuitiā/ & tenacitatē/ alias clemētiā/ & liberalitatē/ ostēdebat; sic in alijs omnibus eū fuisse variū legimus. Thesaurum in proprio solo repositū, inuētoris esse cōstituit; quē si in alieno fortuito aliquis inuenisset; eū inter soli dominū & inuētorē æqualiter partiri voluit, in .xj. mense partū edi posse; causa cognita; secūdū Gelium decreuit, ædes ut ad aliā urbē trāsserētur; demoliri phibuit, seruos a dñis occidi noluit; sed eos p iudices si deliquissent; dānari iussit, liberts proscriptorū duodecimas bonorū

cōcessit, primus Cæsarum Barbā summittere cœpit; vt Dion in Traiano refert i ægypto urbē cuius Ptolomeus meminit, Antinoi nomine cōdidit; & alterā in Mysia, quam utpote venandi studio tentus venatica Adriani sepra nominavit; sanxit ne senator / aut ab ipso / aut per alterū tributo cōdēnaret. Ignotorum hereditates repudiās / notorū si filios haberēt; nō accepit, alterū & sexagesimū ætatis annum expleuit; secūdo & vigesimo imperij anno vita functus. A sequentibus imperatoribus leges editas quia omnes ferme sunt codici Iustiniانو insertæ; satis incuriose cōmemorabo; cōtinet pfecto illud volumen solas imperatorum sanctiones; & Iustiniانو authore hac quinta tantum iuris ciuilis specie cōfectum est; e diuersorū scilicet imperatorum constitutionibus; quæ tribus in codicibus Gregoriano; Hermogeniano; atque Theodosiano continebantur; sed et ab hoc codice nouissimo ad sua vsque tempora sanctiones colligi & ibi poni Iustinianus voluit; vt idem in epistola ad senatum de nouo codice faciēdo scribit; & quorūlibet imperatorum nomina eorum sanctionibus præmitti mādauit; & prout primus quisque fuerit in eodē tamē titulo eiusedē sanctio præcedit, præscriptorum autem principum nullæ / aut paucae sunt sanctiones illi inscripte volumini; ideo aliquas ex historicorum libris retulit; Tranquillum maxime secutus; & Dionem, Quauis iuris / consulti horum sicut illorum sparsim cōstitutiones referāt; Non absolum tamen fuerit; si sequentium imperatorū mentio habeatur; cum vt appareat; a quibus species quinta ciuilis disciplinæ sit, introducta; tum quod ingens sæpe de legibus existit disputatio; quæ cui abroget; & istec hæsitatio facile cessatura sit; si, post Capitolinum; Spartianum; Lampri dium; Herodianum; Aurelium; Eusebium; Eutropium; Læ tum; & alios complures; reliquos imperatores; qui quintæ partis ciuilis scienciæ authores extiterunt; seriatim commemorauerimus; quoniam posteriorum principum

## LIBER Q VARTVS

leges priorum sanctiones cōtrarias tollunt; & qui prius/ quique posterus imperauerint; hinc cognoscetur. hi autem imperatores ius authores fere in iustiniano concluduntur; quē propterea non excedam; quāuis sequentium. aliqui extraordinarias aliquot constitutiones ediderint; vt Lotharius/ qui fundi alienationem prohibuit. & Fredericus pacem iuramento firmari/ puberūq; sacramenta custodiri constituit. Fredericus quoq; secundus pro libertate aedium sacrarum/ & Henricus cōtra reos laesae maiestatis/ & rebelles multa sanxerūt; iuris etiam studiosis pulchra haud dubie priuilegia a Frederico concessa fuere.

**T**ITVS Aurelius Antoninus Pij cognomen clemētia & probitate meruit. successoribus quoque reliquit. ab Adriano inter quattuor cōsulares quibus Italia cōmittebatur; electus est. pro cōsul Africam gubernauit. hereditates habentium filios repudiāuit. imperator cōstituit; ne poēne causa legatū relictum maneret. semper ea Scipionis verba malo vnū ciuem seruare/ quam mille hostes occidere in ore habuit. ab Adriano quinto calendas Martias in filiū adoptatus est. Britānos per Lollium vrbicū legatum vicit. Mauros pacē postulare coegit. Germanos/ & Dacos/ atq; iudaeos rebellātes per praesides & legatos contudit. Alanos tumultuātes saepe refrenauit. in Achia/ atque Aegypto rebellātes compressit. intra vrbes sepeliri mortuos vetuit iudaeis tantum filios suos circūcidere rescripto pmisit templū Agrippae/ & pontē Sublicium instaurauit. puer eius tēporibus biceps natus est. & stella crinīta apparuit; & vno partu mulieris quinque pueri editi sunt. febre post tris atq; viginti ānos imperij inter homines esse desiit; annos septuaginta natus.

**M**ARCVS Antoninus imperiū annis duodeviginti postea tenuit. & quia philosophiā Sudiosissime colebat; philosophus appellatus est. aduersus Bri

tannos bellum gerētes Calphurnum agricolā: contra Cat-  
 thos Aufidium Victorinū & in Parthos verū fratrem senatu  
 consentiente misit, leges de mensarijs & auctiōibus tulit se-  
 natum de cognitiōibus ad se pertinentibus iudicē dedit,  
 duodeuagesimo aetatis anno a Pio adoptatus/eius filiā du-  
 xit, L. Verum Commodum fratrem adoptiuum/ post mor-  
 tem Pij generum statim & consortem imperij fecit: tuncque  
 primum Romanum imperium duos augustos (vt Capitoli-  
 noplacet) habere coepit, quos saepenumero diuos fratres iu-  
 ris consulti appellant: sed verus carminis studiosus/ ingenio  
 asper/ atque Lasciuus decimo imperij anno: duos & quadra-  
 ginta annos gerens interijt: Superstes autem Marcus octo  
 annis cum Commodo filio imperauit, Cassium arripientē  
 Tyrannidem superauit: & occidit, is de statu defunctorum  
 quæri intra quinquēnium iussit, prætorē tutelarem fecit, de  
 alimentis publicis multa adinuenit, leges de vicesima here-  
 ditatum addidit complura de tutelis librorū, de bonis ma-  
 ternis, de filiorum successiōibus pro parte materna exco-  
 gitauit, vno pregrauabatur: quod multis pudicitiam Fausti-  
 na vxor psterneret, & cū e senatus consul, Tertuliano Adria-  
 ni temporibus factio iam matres filiorū ab intestato mori-  
 tium hereditates caperēt: sub eo senatusconsultum Orficia/  
 nūm Orficio & Ruffo consulibus factum est: quo liberi ma-  
 tribus intestatis succederēt, omnis adultos posse curatores  
 non redditis causis accipere constituit, ius autem vetus ma-  
 gis restituit: quam nouum fecerit, anno aetatis sexagesimo  
 primo vitæ diem vltimum clausit.



**ANTONINVS** Cōmodus venia legis annariæ im-  
 petrata consul ante aetatem legitimam factus/ cū  
 patre ad Germanicum bellum profectus est, pa-  
 tri superuiuens solus imperium tenuit: Luxuria  
 vsque adeo flagrauit: vt trecentas concubinas/ totidemque  
 exoletos puberes in palatio habuerit Seruilium & Dulsium

## LIBER QVARTVS

Syllanos/maternūque interemit. Antium Iupum/& Petro-  
 nios; Mamertinum; & Syram: filiūque Mamertinum Anto-  
 nianum e sorore sua genitū interfecit: alios quoque cōplures  
 quos Lāpridius in eius vita enumerat; morti tradidit Mau-  
 ros & Dacos per legatos superauit, Pannonias composuit,  
 per duces Germanos & Britannos imperium eius recusans  
 sedauit, sub eius imperio stella crinita apparuit: cœlum  
 arsit; et repentina caligo calendis Ianuarijs in circo oborta  
 est; Ianus Geminus sua spē apertus est, pacis & Vestæ tem-  
 pla incendio consumpta; tunc fames & pestilentia sauiuit.  
 Latus exercitibus præfectus/ & Marcia eius concubina:  
 Electus quoque cubiculi custos/eum anno imperij tertio de-  
 cimo; vitæ secūdo & trigesimo per Narcissum Athletam cū  
 quo exerceri solebat; strangularunt; veriti ne veneno quod  
 ei Marcia dederat; vomitu eiecto conualesceret/ atque vna  
 sicut proposuerat; omnes cædi imperaret.



**ELIVS** Pertinax Lato præfecto auctore impator  
 creatus est, coactus iperitū suscipiēs; vt aliqui scribūt;  
 cognomē Pertinacis retinuit. Præfectus cohortis  
 in Syriā profectus est, in Moesia alam/ & in Germania clas-  
 sem gubernauit, prætor a Marco imperatore factus/ & pris-  
 mæ legioni regendæ impositus Rhetias & Noricum ab hos-  
 tibus vindicauit, Marci imperatoris studio consul designa-  
 tus/ & ad Danubiū tutelam profectus; inde Moesia vtriusque  
 mox Daciae regimen accepit, bene administratis his pro-  
 uincijs Syriam meruit, proconsul sub Commodō Africam  
 gubernauit, imperator lege constituit; vt testamenta priora  
 non prius essent irrita; quā alia perfecta essent, neue; ob hoc  
 fiscus aliquando succederet, sæpe nullius se aditurum heres-  
 ditatem professus est; quæ aut adularione alicuius; aut litē p-  
 plexa; vt legitimi heredes/ & necessarij priuarētur; delata eēt,  
 quū Commodus a lectiōibus innumeris preturas miscuisset:  
 senatusconsulto pertinax iussit; eos qui praturas non

gessissent: sed a lectione accepissent: post eos esse: qui vere prætores fuissent. Avaritiæ suspitione priuatus nō caruit: infimi generis/ vt pote libertino patre genitus fuit: sed prosapia moribus/ & virtute illustrauit. altero imperij mēse quinto die & vigesimo a militibus annos gerēs sexaginta supra menses septem/ diesque sex & viginti occisus est.



**Q**UIDIVS Iulianus Sal. Iuliani iurisperiti pronepos Clara Aemylia & Petronio Didio Seuero genitus: prætor ante annum quā legitima ætas lineret. Marci suffragio fuit. Quæsturam suscepit. Cauchis Germaniæ populis erumpentibus tumultuarijs provincialium auxilijs restitit. Catos debellauit. Dalmatiæ regimen suscipiens eā a consinilibus vindicauit. consulatum cum Pertinace gessit. germaniam inferiorem/ & Bithyniam rexit. & cum præter alia militibus pecuniam/ & se Commodi memoriam restitutum promississet: ab eis imperator appellatus est. & patris patriæ cognomen recepit. deinde Pescennius niger in Syria: Septimius Seuerus in Illyrico imperatores declarati: cum exercitibus quibus præsidebant/ ab eo desciuere: & ex templo Seuerus Romam contēdit cædē Pertinacis vlturus & Romā ipsum imperij larē occupaturus qui appropinquās imperator a senatu declaratus est: & Iulianus imperio priuatus/ senatus autoritate in palatio per vnum e Tribunis occisus est: anno vitæ sexto & quinquagesimo: mēseque quarto: post mēses duos/ & dies quinque: quā imperium assumpserat.



**S**EPTIMIVS Seuerus Lepti ciuitate Africæ genitus: Quæsturā diligēter egit. Tribunatum plæbis sub Marco impatore seuerissime gessit: præturam annos gerens duos & triginta suscepit. Lugdunensem prouinciā legatus obtinuit. proconsul Siciliam & Pannoniā gubernauit. consulatum cum Apuleio Rufino primum gessit. deinde Lato suffragante a Pertinace exercitui Germano præpositus/ ab eodem vbi auditum



## LIBER Q VARTVS

est pertinacem occisum/ Iulianum autem cum odio cuncto-  
rum imperare/apud Carnutum idibus Augustis imperator  
appellatus est. fieri senatusconsultum voluit ne imperatori  
incōsulto senatu senatorem occidere liceret. accusatos a pro-  
uincialibus iudices probatis rebus grauius puniuit. Amy-  
lianum Nigri exercitus ducem apud Cyricum/mox ipsum  
Nigrum in Issico sinu superauit; cui in suburbano quodam  
Antiochiæ latenti caput ab equitibus ipsius Seueri amputa-  
tum est. Filium suum maiore Bassianū apposito Seueri An-  
tonini nomine apud Viminatium Cæsarem declarauit.  
Clodium tamen Albinū qui exercitibus Britānicis præerat;  
Cæsarem primum appellauit; ne dum Nigrum prosequere-  
tur; imperium arriperet; sed post Nigri exitum; eum apud  
Lugdunum vicit; & occidit; vt sibi liberisq; suis/Romanum  
imperium ad iudicaret; sub eo priuatarū rerū procuratio primū  
constituta est. Partho:ū rege fugato Parthicum nomen me-  
ruit; ob hoc etiam filium eius Bassianum Antoninum; qui  
Cæsar appellatus iam fuerat; anno ætatis terdecimo par-  
ticipem imperij milites fecerunt. Saluū Iuliani decreta abole-  
ri iussit; sed non obtinuit. Persarū regem Abagarū subegit.  
Arabes in ditionē accepit. Britāniam muro per trāsuersam  
insulam ducto/vtrinq; ad sinē oceani muniuit. Eboraci Bri-  
tāniæ oppido/anno imperij duodeuigesimo; vitæ nono et  
octogesimo mortē obiit; Bassianū & Getam filios successo-  
res relinquens.

**A**NTONINVS Bassianus patri Seuero superstes/  
tanta libidine flagrauit; quod Iuliani nouercam  
suā vxorē duxerit. Alexandrū magnū emulari; &  
eius memoriā omnibus modis renouare studuit;  
vt solus imperaret; Getā fratrem supra matris pectus i palatio  
interfecit; deinde Papinianū quod parricidū excusare noluis-  
set; & alios complures occidit. Romæ Thermas nominis sui  
eximias reliquit. porticum quæ gesta patris; & triumphos/

& bella contineret; extruxit, a vestimēto quod populo dederat vsque ad talos præter morē demisso; Caracallæ nomē accepit, simulās velle Artabani Parthorū regis filiā ducere: Parthos inermes nihilq; suspicātes malī maximis cladibus affecit, sex annis solus impauit, occisus inter Carras & Edefsam traditur/annos tris gerens supra quadraginta.



ACRINVS deinde cū Diadumeno filio quattuordecim mensibus imperiū tenuit, in vico quodam Bithyniæ Heliogabali (vt creditum est) opera & iussu perijt, filiū in contione Antoninū appellauit; statimq; nūmus in Antiochia Antonini Diadumeni nomine percussus est, fuit enim tā amabile illis tēporibus nomen Antoninorū; vt qui eo nomine non niteretur, imperiū mereri non videretur Macrinus crudelis & viliſſimus fuisse traditur, contra Parthos/ & Armenos/ & contra Arabes nō minus fortiter quā foeliciter pugnavit. Adulterij reos semper viuos iunctis corporibus simul incendit, Delatores si non probarent; capite; si probarent delato pecuniæ præmio infamīa affecit, omnia rescripta veterū p̄ncipū; vt iure / non scriptis ageretur; tollere statuit, Nefas esse dicens leges videri Commodi/ & Caracallæ/ & hominū imperitorū voluntates; cū Traianus libellis nūquam responderit; ne facta quæ ad gratiā composita viderentur; ad alias causas perferrent. Postremo eo Imperate milites quidā Heliogabalū impatorē salutarū; moti Mæxæ eius auixæ pecunijs & quod Antonini filius diceretur, aduersus quem Macrinus exercitiū duxit; sed timens transfugio suorū militū copijs exiit; & capi dimisso exercitu aufugit in Bythyniā; vbi obruncatus est.



ARIUS Antoninus Caracallæ e Symiāmira stupro cognita creditus filius/ Heliogabalus sacerdotio dei Heliogabali dictus est, is statim quam senatum habuit; matrem suam ad senatum vocatam rogari iussit; solusque omnium imperatorum fuit; vt Lampridius scribit; sub

## LIBER QVARTVS

quo mulier quasi clarissima loco viri senatū ingressa est. vnde & post eius exitum ante omnia cautum est: ne vnquam mulier senatum ingrederetur. Primus mensas/ & capsas argenteas habuit: Cacabos etiam vasa que centenaria argentea sculpta/ & Masticutum/ & pulentatum primus inuenit. honores/ & dignitates/ & potestates tam per se quam per omnes seruos/ & libidinum ministros vendidit. In Quirinali colle senatum mulierum fecit: & Symiramiana senatuscōsulta de legibus matronarum facta sunt: quæ quo vestitu incederent: quæ pilento: quæ equo: quæ asino veherentur: quæ carpento mulari: quæ bouum: quæ sella veherentur: & quæ aurum vel gemmam in calciamentis haberent: quæ cederent. & quæ ad cuius osculum venirent. matri in omni fascino audiens tumultu militari cum ea interij: anno vltimo sexto decimo/ imperij tertio/ restitit quattuor mēsis: Herodianus tamen sex annis eum imperasse scribit. Helio gabalo vero templum Romæ constituit. Amphitheatrum post exultionem instaurauit. & lauachrū quod Antoninus Seueri filius in vico Sulpitio coeperat: perfecit.



**A**LLEXANDER Mammeæ filius Heliogabali conuocatus/ & adoptiuus filius/ cum mortuo Macrinus Cæsar fuisset appellatus: Augusti nomē / & imperium interfecto Heliogabalo recepit: patris patriæ nomen / & ius proconsulare/ Tribunitiamque potestatem/ & ius quinte relationis deferente senatu vno die assumere coactus est. Christum inter deos recipere/ eique templum facere voluit. Artaxarem Persarum regem potentissimum/ qui cum septingentis elephantis/ mille & octingentis curribus/ centum & viginti milibus equitum ad bellum venerat superauit: de iure tractans doctos ac litteratos tantum in consilio adhibuit: si vero de re militari negocium incideret: senes admittebat milites/ maxime qui historiam callerēt: disquirēs quid in huiusmodi causis veteres fecissent

hanc sententiam quod tibi non vis/ alteri nefeceris: adeo dilexit: quod & in palatio: & publicis operibus perscribi eam iuberet: & eam sæpius in ore haberet, quūque aliquem emendaret: eam per præconem dici voluit. Thermas nominis sui iuxta eas/ quæ Neronianæ fuerunt dictæ: aqua inducta constituit. Caracallæ Thermas additis sortionibus perfecit. Alexandri habitu plurimos nummos / & quidem electros aliquot / sed plures aureos percussit. statuas summorum virorum vndique transaras in foro Traiani collocavit. leges in annos firmavit: easque diligentius servavit. innumeras de iure populi & fisci leges constituit. nullam constitutionem sacrauit sine viginti iurisperitis / & alijs quinquaginta doctissimis disertissimisque viris: vt non pauciores in consilio sententiæ essent: quam quæ senatusconsultum facerent: & id quidem ita faciebat: vt per sententias singulorum iretur: ac scriberetur: quidnam quisque dixisset: dato tamen spacio ad disquirendum. cogitandumque / priusquam dicerent: ne de rebus arduis ex tempore respondere cogerentur. occisus est in Gallia / post quattuordecim annos quam imperium assumpserat: annos vndetriginta: menses tris: & septem dies natus. alij eum sex & viginti annos dūtaxat vixisse scriptum reliquerunt.



**MAXIMINVS** Post habita senatus authoritate imperator Aug. ab exercitu appellatus / patre & matre barbarus fuit. bellum aduersus Germanos sceliciter gessit. filium Cæsarem fecit. auaricia & crudelitate flagrauit. vnde Gordianus senex imperator cum filio primum in Africa / deinde Romæ a senatu appellatus est. quibus mortuis anno imperij primo / menseque sexto / Maximino profligando / qui urbem cum seueritate & odio petebat: eo quod a senatu hostis adiudicatus esset: Cælio Balbino / & M.

## LIBER Q VARTVS.

Clodio Puppio imperium patres decreuerunt: Gordianūque paruulum prædicti Gordiani senis nepotē/filia ortum Cæsarem fecerunt, & M. Puppienus grauitate ac seueritate uenerabilis contra Maximinos patrem & filium copias eduxit: eiusque auspicijs Maximini anno imperij tertio manu suorum militum apud Aquileiam periere. Balbinus autem nobilitate familiae/fortunisque/& clementia satis cognitus/urbis gubernationem suscepit:& eius bonitate tumultus inter ciues ac prætorianos in vrbe exortus est, ambos altero imperij anno milites occiderunt.



**G**ORDIANVS Tertius collegis superuiuens/ qui Cæsar eatenus fuerat, a militibus immo ab uerbis imperator appellatus fuit. Mithri filiam duxit: cuius consilio/& prudentia bello Persico Saporē regem fugauit. Vrbes Nisibim/& Carras recuperauit, rēque publicam/& imperiū quādiu socer vixit: bene administrauit post eius mortē Philippus a Gordiano exercitui præficitur: mox militū acclamationibus/quod fame sub Gordiano laborarent: cū iuuenie imperauit: tandē dolo eius adolescēs anno vitæ vndeuigesimo: imperij sexto sublatus est: senatus de morte Gordiani certior factus: Marcum quēdam imperatorē legit: cui subita morte in palatio decedētis/ Seuerus Osulianus etiā patrū lectione successit. Sed medicis male eius venā soluentibus statim occubuit.



**P**AR. Iul. Philippus primū ordinis comes: deinde dux mox prætorio & exercitui præfectus fuit. Postremo post Marci & Osuliani exitū imperator a senatu confirmatus/percussio cū Persis fœdere Mesopotamiā/& Assyrīā hostibus reliquit. In Arabia cuias erat: urbem sui nominis Philopolim construi iussit. Philippum filium consortem imperij fecit. Saculares ludos / & mœnæ circensia edidit: in quibus feræ complures datæ fuerunt: quas Blondus Secundo Romæ triumphantis libro:

et Pomponius in Cæsaribus enumerant contra Scythas quæ  
urbes & agros Romanæ imperij vastabant; Marianum quen-  
dam misit; deinde eo militari seditione cæso; Decius bellæ ex-  
peditionem suscepit; quem inuitum milites Illiriciæ impe-  
ratorem fecerunt. Philippus autem pater aduersus Decium  
coptas educens/ a militibus veronæ cæsus/ & filius Romæ a  
prætorianis occisus ãno imperij septimo; vel vt alijs placet;  
quinto expirarunt; filio annos duodecim agente qui ab alijs  
quibus Gallus Iulius Saturninus appellatus est, primus im-  
peratorum Christiani nominis cultū Philippus suscepit: vt  
Blondus in decadibus; & Roma triumphante; Eusebius; &  
alij scriptum reliquerunt; alioquin malus/ & ex obscuris na-  
tus est parentibus.

**D**ECIVS Bibali inferioris Pannoniæ vrbe natus/ pa-  
tris patriæ cognomen accepit. eligendi censorem se-  
natui potestatem fecit. Valerianū sexaginta sex an-  
norum/ qui postea imperauit; exercitui præfecit. & cū repu-  
gnans aliquando ab exercitu Illiriciæ imperatoris nomē  
accepisset; senatui in cunctis obsecutus/ ab eo Augustus ap-  
pellatus est. bonitate Traianum adæquauit; optimi princi-  
pis nomē iudicio senatus meruit; appellatusq; est Imp. Cæs.  
M. Q. Traianus Decius Augustus. sub eo Christiani suppli-  
cijs afflicti fuerunt. Decium filium cogente senatu Cæsare  
fecit; cum quo aduersum Scythas profectus/ Galli Trebonia-  
ni pditione altero imperij anno in voragine paludis periit;  
Decius vero filius bello interiit, apud Latum tamen alium  
inuenies Deciorum exitum.

**G**ALLI Treboniani imperium memoriæ tradidit  
pestilentia decem annis eius sceleribus vt credi-  
tum est; per totum orbem diuagata; nam Christiana  
num dogma simultate & odio persecutus est; & p-  
ditione imperium arripuit. cum Scythis foedus percussit. &  
eis tributi nomine bis centum dragmas auri exhibuit: vnde

## LIBER Q VARTVS

sub eo primum libero poterat Populus Romanus tributa pendit; si lato in caesaribus credimus; C. Vib. Volustianum filium cōsortem imperij fecit. horum temporibus Hostilianus a senatu imperator factus statim pestilentia occubuit. milites etiam aemilianum sub his principibus imperatorem in moesia fecerunt; contra quem ambo profecti apud interāniam caesi altero imperij anno fuerūt. aemilianus quoque manu suorum militum quarto imperij mēse/ annos gerens quadraginta inter homines esse desijt.



**I**CINIVS valerianus splendidissimis natus parentibus/ annis vt aurelio visum est: quindecim imperauit. Galienum filium Augustum/ et Cornelium Galieni filium Caesarem fecit. Valerianus bellum in Mesopotamia gerens a Sopore Perfarū rege captus ignobili seruitute consenuit; regi enim equum ascendenti incuruatus serutebat; interea Galienus rem publicam administrauit; & in Cornelij mortui locum Salonianum alterum filiū subrogauit; poeta clarissimus/ ad libidinem pronus/ et voluptati deditus fuit; vnde Tiranni numero triginta imperium inuaserunt; quos varijs pro locis creatos Pollio commemorat, contra Aureolum profectus/ qui mediolani imperium inuaserat; anno imperij quindecimo/ opera militum aureoli annos natus quinquaginta interijt.



**L**AVDIVS deinde imperium suscepit; praelij ac rerum penuria Sarmatas; Getas; Scythas; et Quados superauit; leges optimas dedit; Antonini pietatem habuit; alter in prouidentia Augustus fuit; nam et post mortē imperio prouidere voluit. Sirmij etenim Pannoniae egrotans/ priusquam oppeteret/ conuocatis Tribunis/ ducibus/ et praefectis de eligendo imperatore concio natus est; longaque oratione Aurelianum probauit. Dacia recuperauit. altero imperij anno sua morte interijt. cui frater Aur. Quintillus patrū autoritate/ & omnium iudicio

succedens decimosextimo imperij die ferro perijt. Latus tñ scribit accepto nūcio, quod exercitus Aurelianū imperatorē legisset; auditōq; quod militum gratiam idē teneret. Quin-  
tilium venis solutis occubuisse.



**A**VRELIANVS vt quidam scriptū reliquerūt; modicis ortus parentibus imperiū triennio ab inuasoribus recepit; muros vrbis supra alios principes amplauit. vltimus Romanorū principū prisco more triumphū speciosissimū egit: vt e Blondo in Roma triūphante didicimus. clementia: quæ principū virtus peculiaris esse debet; caruit: Sub eo apud Dalmatas Septiminus imperator effectus / statim manu suorū occubuit. Monetarios vitiatisspecunijs & foelicissimo rōnali interfecto i vrbe rebellātes: victos summa crudelitate cōpescuit. leges plurimas & quidē salutare sanxit; quas in codice Iustiniano legimus. porcinae carnis vsum pplo instituit anno imperij sexto supra sex mēses interfectus dolo A manuēsis sui medio itinere fuit; quod Heraclea Bizantium ducit.



**A**NNIVS Tactus vir consularis / & senio insignis / sine exercitu a senatu imperator / & Augustus appellatus fuit. sobrietatē prae se tulit. lectione librorū se oblectauit. memorabile nihil egit; febre pra-



uentus qua sexto imperij mense interiit.  
**M**Ar. Annus Florianus Taciti frater / vix duobus mē-  
sibus imperiū tenuit. Tarsi; vt Pōponius / & Vopiscus scribūt; militari seditione; siue vt Aurelius magis pbat icissis a seipso venis effuso sanguine extinctus est postquā exerci-



tus Probū militiae peritum imperatorem elegisset.  
**A**VRELIVS Probus cōtubernio Valeriani: Galieni: Aureliani: atq; Claudij secundiore quidē fortuna priuatus stipēdia iecit. princeps cōtudit Tyrānos extirxit. Satur-  
ninū i oriēte ipatorē effectū occidit. Proculū / & Bonosū qui agrippinae piter ipū arripuerāt; oppressit. Gallos & pānonios



## LIBER QVARTVS

vineas habere permisit, orbe pacato dicere solebat milites minime necessarios fore; cum defunt hostes; quæ vox plurimum obfuit; Syrmî enim tumultu militari sexto imperij anno/menseque quarto occisus est.

**Q**VARVS Narbone genitus; Carinum & Numerianû filios Cæsares fecit, a Persis Mesopotamiã recepit; qui longius cum copijs progrediens fulminis ictu altero imperij anno periit; cum dico Carum Narbone genitû; Eutropium sequor; nã Flavius Vopiscus varias de eius patria opintiones refert. Filiorum minor Numerianus orator clarus/ & poeta nō vulgaris proditioe Apri soceri sui volētis imperium occupare occisus est. Carinus aut̄ frater plurimos innocētes fictis criminibus occidit; adulter frequens/ & iuuentutis corruptor fuit, Sabinum Iulianum intradentē in campis Veronēsis peremit; nouissime a Dio cletiano quem victor exercitus de Perside rediens imperatorem legerat post multa prælia victus ad Margum occubuit; cum a militibus fortissimis quos habebat; desertus fuisset. Aurelius sui Tribuni dextra/ cuius vxorem polluisse dicebatur; eum fuisse occisum scribit;

**D**IOCLETIANVS vtroque parente ignobilis/ Salonis Dalmatiæ ortus/ profligato & cæso Carino Augustus appellatus est. vt pacem citius vbique redderet; Maximianum Augustum fecit, euerſis duabus vrbibus quæ Busris & Coptos apud Ptolomeum & Strabonem appellantur; Superatocq; Achilleo Aegyptum pacauit; diuinos honores impatoribus Augustis dare præcepit, & adorari voluit; edicto sancit̄s vt omnes sine generis discrimine prostrati pedes exoscularētur. Maximianus autē ferus natura / Flagrans libidine/ ortu agresti/ tumultus in Gallijs deleuit; quos Amandrus & Elianus sub specie Tyrannidis excitauerāt. Pacatis Gallijs in Africa Gentianos deuſcit, ex Eutrophia Maxentium & Faustā genuit; & an Maxen

tius filius Maximiani fuerit/an ab vxore suppositus aliorū iudicio relinquimus. pullulantibus per varia loca nouis bellis Diocletianus Galerium Maximinum adoptauit: & ei desponsata Valeria filia Caesarem fecit. Maximianus quoque Constantium adoptauit: & Caesarem fecit. eique Theodorā priuignam repudiata vxore prima matrimonio iunxit. post modum isti seniores Augusti annuente senatu Constantiū & Galerium Augustos appellauere. victores anno imperij duodeuigesimo triumphum egerūt: sibi Iouij & Herculi cognomina indiderūt: eodem die Diocletianus Nicomediae/ Maximianus Mediolani anno imperij vigesimo se principatu abdicarunt. Diocletianus duodeuoginta annis/ & Maximianus sexaginta vixerunt: orbis tandem inter constantium & Galerium diuisus est.

**C**ONSTANTIO Gallia/ Hispania/ Italia & Africa obuenerunt. Gallio Illiricum/ Gracia/ & oriens. Constantius patrem habuit Eutropium Romanum: & matrem Claudiam Claudij Augusti filiam sexaginta fere Aemilianorum milia Caesar adhuc in Gallia extinxit. natura mitissimus/ diuitiarumque spreto/ fuit. gratiam omnium tenuit. Italia & africam Galerio reliquit: ab vno tantum ponderis nequaquam sustineri posse existimans. Eboraci vndecimo imperij anno/ morbo periit. Constantinū Anabalianū: Constantinū & Constantiāe Theodora liberos reliquit. Galerius adhuc Caesar amisso fere toto exercitu primum a Persis sub Diocletiano repulsus/ post hostis innumerabili strage afflixit: fines imperij longius perduxit. Augustus Seuerū/ & Maximianum adoptauit: & Caesares creauit. hunc orfici: illum Italiae & Africae/ quas Constantius reliquerat: praefecit. sed dum Seuerus Roma abesset: praetoriani Maxentium non abnuente senatu ibi imperatorem fecerunt: aduersus quem Seuerus in urbem rediit: sed hosti impar aufugit: & cum Galerium peteret qui in illyricis erat: captus Rauennae/ caesus est Galerius in

## LIBER Q VARTVS

rellecta morte Seueri Licinium confortem imperij fecit; & eo in Ill yrijs relicto Romam contra Maxentium p̄ficiscetur; Sed superari timēs/in Ill yriū redijt; postea morbo perijt; eū solus biēnio/ & cū Cæsaribus/ & imperij cōsorte sexdecim annis regnasset. Licinius collegæ sup̄stes primū/ Ill yrijs/ deinde opp̄sso Maximiano/ qui cōtra eū res nouas in oriente moliebatur; orienti præfuit; et Cōstantiā Cōstāntini sororē duxit;

**C**ONSTANTINVS in Britānia natus patre Constantio/ matre Helena/ quā vir coactus repudiauerat; vt Theodoram Herculi j priuignā duceret. sub Galerio Sarmatas adolescens profligauit; & cæcidit. eorū ducem catenatum ad Galerium duxit. Gallias/ Hispaniasq; & Alpes Cottias testamēto patris relictas accepit; & ibi in eius locū imperator creatus est. calūnias seuerissimis legibus sedauit. multas enim leges/ quas dā e bono & æquo; pluresque superfluas; nōnullas seueras eū rogasse Eutropius scribit. Maxentium apud pontem moluium. & Licinium vecordem/ & septuagenarium quartodecimo imperij anno sup̄auit. e Faustā Herculei Constantinum/ Constantem & Constantium/ Helenam/ & Constantiam suscepit; quum iam e concubina Crispum genuisset; quem cum Constantino/ & Licinio iunioris sororis filio Cæsarē fecit. sed faustæ insidijs Crispus/ & Licinius iunior paulopost sublati fuerunt. Dalmatium Anaballiam fratris filiū deinde Cæsarē fecit; & vna cū filijs heredem instituit; sed Constantij factione Dalmatius in oriente a militibus anno imperij tertio occisus est. Constantinus resectū Byzantium de suo nomine Constantinopolim appellauit; & cū antea lege Seueri sub iure Perinthiorum esset; eā titulis & honoribus/ vt Romam haberi lege censuit. Agros/ villas/ & oppida/ quæ ad victū emeritorū cōtributa erant; ad heredes trāsire in initio imperij sanxit; quū prius e veteri cōsuetudine Ducibus/ Tribunis/ Comitibus/ & Præfectis/ qui pro augendo imperio cōsenuerant; agri/ villaque darentur;

vt suppeterent necessaria/ quoad viuerēt; multis praelijs Sarmatas vicit. Gothos/ & omnem fere Scythicā gentē superauit. anno imperij trigesimo altero/ detractis duobus mensibus/ ætatis sexto supra sexagesimū mortē obiit. in extremo vitæ tempore ab episcopo Nicomediensi; vt apud aliquos legitur; baptizatus fuit. orbem heredibus testamento diuisit: quidam filios sorte diuisionem fecisse tradunt.



**C**ONSTANTINVS siue sorte/ siue patris testamēto/ Gallias/ Hispanias/ Alpis corias/ Orchades/ Britannias/ Hyberniā/ & Thylen habuit. Constanti Italia/ Africa cū insulis Illirij/ Macedonia/ Achaia/ Pelopōnessus/ & Græcia obuenerunt. Cōstātinus oriētī & Traciæ præfuit. sed Cōstātinus pte sua nō cōtētus/ nouā a fratribus diuisionē p legatos petijt. & cū id obtinere nō posset; bellū ciuile mouit: quē milites a Cōstāte vt eū repellerēt missi. āno tertio quā ipse riuū suscepit; ætatis quinto & vigesimo apud Aquileiā cōfoderunt. Cōstās biēnio fratris ptē assecutus/ Magnētij fraude annos natus triginta/ tertiodécimo imperij anno occisus est: & cōiurati milites Magnētium imperatorē salutauerunt; eosdem quasi tempore Britannion ab Illyriciano exercitu Mursæ: & Neptianus Romæ a populo/ & Mirmillonibus impatores creati fuere. e quibus Neptianus Augustorū sororis filius ab Heraclide fauore Magnētianæ factionis/ duodetrigesimo imperij die obrūcatus est. Britānion autē posita purpura/ Cōstātinū veniētē cōtra Magnētium adiit veniēq; ab eo in Thracia impetrauit: ab quo de hoste imperator multa intel ligens/ paulopost Magnentiū quinquaginta annorū/ duplici praelio supatū mortē sibi cōciscere quadragesimo imperij mēse coegit. Siluanū Bonitij filiu/ qui Cæsar a militibus appellatus fuerat: altero imperij mēse p legatū occidit: in victu pcissimus; Phasianū/ & Sumē cōiuujs lata lege iferri vetuit. iudicia iuste & moderate tractasset: si secretiores aulicos nō habuisset. gallū patruellē despōsata ei cōstātia sorore Cæsarē

## LIBER Q VARTVS

pronunciauit: eum deinde per Seruianum & Pentadum fu-  
 stulit: cum quattuor annis in oriente imperasset: & vnde tri-  
 ginta vixisset. Constantium nunquam spuisse legimus. pro-  
 pter Saporem qui Amydam iam solo aquauerat: siue vt Gal-  
 lijs subueniret: Iulianum Galli fratrem adoptauit: & Cæsare  
 fecit: & Helenā sororem eidem matrimonio iunxit. Iulianus  
 autē belli expeditionem contra Germanos/ qui Gallias va-  
 stabant: suscepit: & re prospere gesta primo imperator: dein-  
 de renuens Augustus ab exercitu fuit appellatus. quod im-  
 perator Constantius moleste tulit: & de oriente vbi Parthi-  
 cis praelijs occupatus erat: contra eum veniens/ anno ætatis  
 quarto & sexagesimo: imperij nono atque trigesimo Mopso-  
 creuis vita decessit. verum Cæsar quindecim annis/ & Au-  
 gustus octo annis solus: cum fratribus atque Magnentiō  
 sexdecim fuit.

**C**ONSTANTINVS Constantinopoli patre Constantio se-  
 cūdo/ & matre Basilina genitus/ cum quinque annis/  
 & quinque mensibus Cæsar iam imperasset: imperiū  
 omne solus vno anno/ & septem mēribus tenuit. prope Ar-  
 gentoratum urbē Gallie totū fere Alemanorū exercitū sub  
 Constantio perdidit clemēs/ moderatus/ & liberalis fuit. me-  
 moria plurimū valuit. gloriā appetijt: susceptā Christi fidem  
 abnegans librū sicut Blondus in Roma triūphante scribit:  
 impietate & eloquētia redūdantē in Christi dogmata cōpos-  
 suit: Christianorum tamē sanguine abstīnuīt. bellū contra  
 Persas gerens/ duos annos supra triginta natus/ occisus est.  
 in interitu omnes scriptores/ quos legētm: discordant. Am-  
 Marcellinus eū iura quādā sublatīs ambagibus correxisse/  
 & quædam non molesta cōdidisse scribit: nisi quod Christianos  
 nos rhetores & grāmaticos docere vetuit.

**C**ONSTANTINVS puer nō parū liberalibus artibus profes-  
 cit. insignis corpore/ & litterarū studiosus fuit: mili-  
 tes Iuliani amore eū principē legerūt. nam & vna lit

tera immutata idem nomen vterque habuit; tribus annis & trigina vixit, & septem mensibus imperauit; pacem cum Sapore necessariam quidem, sed ignobilem mutatis finibus, ac nonnulla Romani imperij parte tradita, fecit, quo autem mortis genere occubuerit, variatum est, vt scribit Eutropius.



**V**ALENTINIANVS imperij curam electione militum suscepit, primo Valentem fratrem; deinde alterum e filijs Gratianum Augustos appellauit, vultu decens solers ingenio/graui animo, & sermone cultissimus fuit; duas vxores duxit; & ideo lege omnibus concessit; vt impune duo matrimonia suscipere possent, ex iustina vxore, valentinianum; Gratam; Iustamque; & Gallam filios genuit; Saxo-rias oceanii accolas domuit, Alemanos attriuit; & victor ad oceanum peruenit, huius aut Valentis tempore Thirmus apud Mauritaniam regnum inuadens a Theodosio patre eius qui postea imperauit; praesto victus/ extinctus est: Valentinianus legatos Quadorum audiens subita ira accessus/in morbum incidit/quo post vndecim annos/mensis octo/diesque viginti/quam imperium assumpsisset/annos quinque & quinquaginta natus interiit, Valens in oriente imperans post fratris obitum possessoribus bene subuenit; iudices raro mutauit, huius & fratris temporibus Procopius Tyrannidem arripies sublatu est, Valens Gothos qui Procopio auxilia miserant; victos Tracia exegit, Atalaricum Cruitugrorum regem in fugam vertit; sed in foeliciter cum Gothis dimicans exercitu spoliatus/in casulam sagitta cofauciatus aufugit; vbi anno imperij quarto; vlt vt alijs placet; tertio decimo/mese sequito igne absumptus est, Gratianus Syrmigenitus in parte occidentali regnavit, triginta Alemanorum milia apud Argētariam Galliae oppidum bello extinxit, Scythas siue Tartaros coereuit, fratrem suum Valentinianum Iustina matre editum consilio Merobaudis Tribunum consortem imperij fecit, & cum bellis vbique imminentibus extremum periculum

## LIBER QVARTVS

nōmīni Romano instare animaduerneret: Theodosium vt orienti præfset; Augustum pronunciauit. eum Gratiano polim allobrogum ciuitatem ædificasse vocabulum ostendit: & dum ociosus suos idem negligeret: & Alanos veteri ac Romano militi anteferet: a Maximo qui apud Britanniam tyrannidem arripuerat: anno ætatis vndetrigesimo interfectus est: quum annos octo; quinque & octoginta dies cum Valentiniano patre imperasset: & cum patruo & fratre tris; cum eodem fratre & Theodosio quattuor: & his omnibus accedente Archadio cum sex menses imperium tenuisset.



**U**ALENTINIANVS post Gratiani fratris exitum etiam a Maximo Italia exactus/Theodosium qui orientem regebat: petijt: ab quo in occidentis regnum paruis copijs restitutus / octauo imperij anno fraude Arbogasti Halanorum præfecti noctu in cubiculo strangulatus apud Viennam expirauit: hi duo Theodosius / & Valentinianus simul imperantes ita demum valere constitutionem sanxerunt: si præcedente omnium procerum / & senatus approbatione dictata esset: deinde prædictis irerum congregatis recitata / & approbata / receptaque foret. Iuris quoque formulas / & non impetratæ actionis exceptionem post Constantinum sustulerunt.



**T**HEODOSIVS patre Theodosio / matre Thermania natus / genere hispanus / postquam cum Gratiano & Valentiniano quattuordecim annis imperasset: ambobus superuiuens orientis & occidentis imperium solus træsio obtinuit. genus a Traiano / cuius moribus & corpore similis fuit: eum traxisse legimus. Hunos & Gothos diuersis prælijs subegit. cum Parthis / cæterisque nationibus multis pacem poscentibus fœdus percussit. Maximum qui Gratianum in te fecerat: & Valentinianum Italia & Gallijs abegerat: apud Aquila

leiam occidit: Victorem quoque a Maximo patre effectum Augustum sustulit. mñisteria lasciuia/paltriasque comesationibus adhiberi lege prohibuit, consobrinarum nuptias tanquam sororum vetuit. quod Augustus ab Anthenodoro doctore philosopho acceperat; Theodosius a natura habuit; nam iram commemoratione quattuor & viginti græcarum litterarum compescuit, Eugenium qui defuncto Valentiniano opera Arbogasti factus imperator fuerat; cum Honorio filio superavit; & occidit. Arbogastus vero de se supplicium sumpsit. Theodosius annos agens quinquaginta Mediolani excessit. supersitibus filijs duobus Archadio & Honorio; quos e Flacilla susceptos consortes imperij fecerat.



**A**RCHADIVS Constantinopoli: Honorius Romæ imperavit; Ille ex Edoxa Flaccillam; Martinam; Pulcheriam; & Theodosium; quæ fecit Cæsarem; suscepit; Caianum bellum civile mouentem auxilio Gothorum inter Hellespontum & Cheronessum nauali prælio superatū interfecit. tertio decimo imperij anno Theodosium in imperio orientis relinquens; vita decessit. Honorius fratri supersites; cum quo imperium tredecim annis tenuerat; supra biennium; quo cum patre imperauerat; cum Theodosio iuniore sexdecim annis orbi præfuit. Rhadagasium Gothorum regem in Etruria subegit; & eum a fuga retractum; in carcere strangulauit; cuius successor Alaricus urbem anno ab ea condita millesimo centesimo sexagesimo quarto coepit; & Placidiam magni Theodosij e Galla secunda uxore; filiam abducens eam Ataulpho propinquo suo uxorem dedit. Ataulphus autem post Alarici mortem copijs præpositus moribus Placidia uxoris lenitus; cum Romanis foedus percussit; & ob id a militibus sublatus est; & Placidia Honorio iubente Constantio nupsit: quem



## LIBER QVARTVS

Augustus Cæsarem/ & consortem imperij fecit: is ad liberandas Gallias missus Constantinum hostem ad primos impetus compressit: post cuius obitum Placidia/ & eius filij Valentinianus/ & Honorius iussu imperatoris pulsi fuerunt: & ab Theodosio Archadij filio qui orienti præerat: hospitaliter excepti fuere, mox Honorius febre decessit.

**T**HEODOSIVS iunior Honorio superuiuēs/ cum post patris excessum iam sedecim annis cum patruo regnasset: duodequingaginta annis orienti præfuit, huius temporibus Gensericus rex Vandalorum post cædem multorum Carthaginem occupauit. Et cum nouæ leges/ quæ a Constantino Cæsare/ & reliquis succedentibus primordium acceperant; permixtæ/ & inordinatæ essent: ad similitudinē Gregoriani/ & Hermogeniani in codicem vnum Theodosius sub proprio cuiusque imperatoris titulo/ eas disposuit: quem de suo nomine Theodosianum vocauit: vita defunctus Constantinopoli cum patre sepulture traditus est.

**V**ALENTINIANVS post honorij mortē ab Theodosio iuniore Cæsar factus/ & cum matre Romam missus/ Ioannem factione Castini imperatorem factum/ & Africam sibi vendicantem oppressit: deinde acclamatione totius italiæ Augustus ab Augusto appellatus est. Theodosij filiam in vxorem duxit. huius temporibus Attila toto potitus Septentrione iterum rediens/ primo Galliam deinde Italiam ferociter inuasit: & super alias ciuitates Aquileiam euertit: & tunc excitata a fugientibus Attilam venetiæ fuerūt: de qua re Blondus forliuensis lib. ij. Decadis primæ & in eo libro qui de origine & gestis Venetorū inscribitur: multa cōmemorat. cū hoc Attila Aectius copijs Romanis præpositus/ apud Tholosam committens/ cæsis ex vtroque exercitu ducentis/ vel vt alij scribunt: centū & sexaginta quinque fortissimorum hominū milibus victor

euasit: vnde huius Aectij successus metuens Valentinianus illum occidit: non longe post Romæ in campo Martio Tra-  
styla/ & Octyla milites Aectij ipsum imperatorem confode-  
runt: cum annis vndetriginta cum Theodosio/ quinque &  
viginti: & quattuor cum Martiano imperasset. Maximinus  
post arripiens imperium a populo Romano tertio imperij  
mense cæsus est. Eudoxa Valentiniani vxor: vt mariti cæde  
vlcisceretur: Gensericum regem ex Africa vocauit: qui vrbe  
spoliata Eudoxam cum duabus filiabus abduxit: quarum  
altera Traismundo eius filio nupsit.



**M**ARTIANVS Pauente Pulcheria Archadij filia/  
orientis imperator post Theodosij excessum crea-  
tus est. super annos quattuor quibus iam imperiū  
cum Valentiniano tenuerat collegæ supstes bien-  
nio imperauit. cum Vandalis fœdus percussit: quietis ama-  
tor quietum habens orientem/ arma nunquam/ nisi prouo-  
catus commouit: dicere enim solebat: quandiu in pace viue-  
re liceret non oportere arma sumere/ Constitutiones par-  
tim a se/ partim ab alijs quibusdam imperatoribus factas/  
in vnum composuit: liberque ex iisdem factus Martiani cō-  
stitutiones appellatus est: quæ interdum in ciuili disciplina  
referuntur. ab hominibus: vt quidam tradunt/ conspiratio-  
ne/ Asparis sexto imperij anno ereptus est. Martiani tempo-  
ribus sequenti mense/ quam Gensericus ab vrbe recesserat:  
populus Ro. cum toto senatu Auitum patricium Romæ im-  
peratorem legit: sed mox interiit.



**L**EO Factione Asparis imperator orientis/ & Au-  
gustus appellatus/ post cædem Ardaburij Cæsaris  
filij Asparis/ nepotem e filia zenonis filium: siue  
vt alijs probabilius videtur: Leonem filium Cæsa-  
rem fecit. decimo sexto imperij anno interiit. Leo secundus  
anno imperauit: vterque morum non belli studiosus fuit:  
Hoc tempore occidentis imperium a multis laceratum tra-

## LIBER Q VARTVS

ditur; nam Maioranus post Auitum ibi quattuor annis imperauit. Seuerus Rauennæ imperium arripens postea totidem annis imperium tenuit; & Biorgum Alanorum regem superauit. Seuero Authemius successit; quo extincto cū Rhicimere genero/ Olymbrius a Leone Constantinopoli missus; vt uiuenti Anthemio regnum auferret; sine controuersia successit; & septem mensibus occidenti præfuit. mox Rauiennæ exercitus Glicerium imperatorē salutauit; sed a Nepote sororis filio regno pulsus anno sequenti fuit; Nepos deinde ab Oreste pulsus Salonis cæsus expirauit; demum in terfecto Oreste; & Augustulo eius filio/ qui iam post patrem Romæ imperabat, in exilium missus; Odoacer rex Gothorū Rome & in tota Italia quattuordecim annis regnauit.



**ZENON** Isauris Ciciiliæ humilibus natus parentibus; vultu & moribus deformis fuisse traditur. Leone mortuo orientis nactus est imperiū, sub eo illus cum Leontio in oriēte ciuilem motum fecerunt. Basiliscum qui, M. filium Cæsarem fecerat; rediens e Syria zenon ius suum repetens in Capadociam cum filio relegauit; qui Lennis fame consumpti fuerunt, tandem decimo septimo imperij anno Zenon excessit ab eo Theodoricus rex Ostrogothorum Italiam; si Odoacrem superaret; impetrauit; qui hostem prælio victū iterfecit; & ingenti læticia ab obuiō senatu populoque Romano exceptus est.



**NASTASIVS** Diocorus in diuinis nō trinitatē; sed quaternitatem esse adorādā præcepit; quapropter cælesti ira quarto & vigesimo imperij anno/ mēse altero/ dieque vndetrigesimo; annos natum supra octoginta fulminis ictu eum perisse credibile est. hic ne incursiones Myforū; Bulgarorū; & Scytharū cum fierent; obesse possent a mari ad Zelibrīam longum murum deduxit, ad eum Priscus Longinum Selymantheū

catenis vinctum misit; & sub eo Athenodorus Tyrannus in Cilicia extinctus est. grauem motum Vitaliani militiæ magistri nongentis pondo auri sedauit.



**I**USTINVS Thrax / vtroque parente ignobilis / a teneris annis suum / deinde bouum custos fuit: Comes ordinis postea factus / mortuo Anastasio emptis caute suffragijs impator electus est, Amanrium Andream / & Theocritianum insidias parantes e medio sustulit. nono imperij anno calend. Aprilis Iustinianum sororis suæ filium adoptauit: & cōsorterij imperij fecit: quarto post mense decessit. in occidente Theodoricus imperans triginta Gallorum milia prælio interfecit: in carcere Ioannem Pont. Maxi. mori Romæ coegit: inde subita morte periens regnum Atalarico e filia nepoti tradidit.



**I**USTINIANVS animum reparando imperio ad mouens Persas qui se in fines Romanorum effuderant: per Belisarium coercuit: Africam ab Vandalis capto Gelimere rege eorum recuperauit. & cū in Italia Atalarico defuncto quarto imperij anno Theudatus succedens militari deinde tumultu interijisset & Vitigites regum accepisset: Belisarius qui iussu principis contra Theudatum veniebat. successorem hostis profligato exercitu Vitigetem fugauit: & ab Ioanne magistro militiæ captus primo Romam: deinde a Belisario Constantinopolim ductus est: Paulopost Gothi ductore Totila populationibus / & incendijs totam Italiam infestam reddiderunt: aduersum quos Narses mandato iustiniani expeditionem suscipiens / foelici vsu victoria / omnis pene deleuit. rexque gladio transfixus interijt. Totila enim pauloante Galliæ transalpinæ subueniens a Longobardis interfectus fuerat: vt Lætus tradit: sed alij Narses eū occidisse scribūt. Iustinianus insup vsus præcipue opa Triboniani; Theophili; Dorothei:

## LIBER Q VARTVS

Ioannis Leonij Thomæ & aliorum doctissimorum hominum infinitos iureconsultorum libros in quinquaginta digestorum redegit: imperatorum sanctiones duodecim libris complexus est. Authentica & quattuor institutionum libros edidit. Et non immerito circa iuris ordinationem Iustinianus prædictorum opera usus est: quoniam si Vallæ credimus: nec iura/nec forsitan latinas litteras nouit: tum quia semper in græcia vixit: tum quia sæpe dominus Iustinianus: vt e numismate eius apparet: dici voluit: vt quidam alij Cæsares fecerunt: quod a iure Romano est alienissimū: & character ipse litterarum/figurarumque illorum temporum numismatis/Gothicum magis quam latinum redolet: dominum dictum satis certa probatione tradiderim / nactus numisma eius aureum tam exolefcentibus litteris hoc nomine inscriptum. Quinimmo vt Suidas, scriptum reliquit: sicut Orthodoxus id est rectæ fidei: ita omnium litterarum expertus/atque etiam analphabetus Iustinianus fuit: qui ne elementa quidem litterarum nouit: & cum aliorum/tum Triboniani doctrina in dictando iure/& redigēdo usus est: qui fuit natione græcus: vt apud eundem Suidam legimus: omnis quidem religionis/sed Christianæ potissimum prætor: & adeo assentator & vaser fuisse dicitur: vt Iustiniano persuaserit: ne mortem timeret: quodque Coelum cum corpore ascenderet: Quæsturam apud hunc principem gessit: tantaque ingenij doctrina polluit: vt omnis suæ tempestatis homines eruditionis nobilitate longe superauerit: alioquin auaritiæ ita deditus fuit: quod lucri gratia ius semper venale habuerit: legesque prout amici res postulabat: & latus reuocauit: & nouas tulit: fuit sermone blandus & suavis auaritiæque notas doctrinæ præstantia facile verbat: summos nactus honores leui tandem morbo decessit. Augustus ab Augusto: & Cæsar ab Iulio natus: cæteri imperatores Iustinianus dictus est: Augustus

etiam nomine imperator auctore Capitolino significabatur: sed cum quis Cæsar creabatur: tanquam principis filius & designatus Augustæ maiestatis heres creabatur: vt. A. Spartianus memoriæ tradidit, sic apud Gallos primus regis filius / & patri successurus / a Delphinatu cui præest: Dalphinus appellatur: vnde mihi origo est: & armipotēs tellus est: foederisque / quod cum aliquo semel percussit: tenacissima: Roma olim in cōiuratione. L. Catilinæ. M. Cicerone & Antonio consulibus explorauit, & hodie Gallici reges experitūtur: qui cum nostrorum militum gregariorum opera vtuntur: tum Patricios / & nobili genere natos in omni dimicatione habent. Hinc cognitu est facile: quidnam in codice. A. & C. significant: Augustus enim / & Cæsar illis litteris significatur: & quot. A. erunt / & C. tot impatores illius constitutionis auctores fuisse ostenditur: nam & duos / & tris semel imperasse supra retulimus: has tamen notas Tribonianus sibi pro voluntate formauit: nam si publicas sequi velimus: de vno imperatore Aug. & Cæs. in pluribus Augg. & Cæs. dicendum foret: vt apud Probum legitur: & hoc numismata / & inscriptiones antiquæ probant, mutata tamen eligendi imperatoris forma / variata fuit horum vocabulorum significatio, porro vt Platina septem Germaniæ principibus eligendi imperatorem Gregorius quintus deinde potestatem dedit: qui prius Cæsar ac Romanorum rex appellaretur: ac tum demum imperator & Augustus haberetur: si eū Romanus pontifex confirmasset. Iustinianus duodequadragesimo imperij anno / non sanus mente decessit, reliquos imperatores commemorare non est animus: eo quod ab eis nullas aut paucas cōstitutiones habeamus: & vt in principio diximus referre solos iuris ciuilibus auctores volumus.

# LIBER Q VINTVS

## AYMARI RIVALLII ALLO BROGIS Q VINTVS IV RIS CIVILIS HL STORIAE LIBER.

### RESPONSA PRUDENTVM.



ATA qualibet iuris civilis parte/in  
terpretatio prudentū necessaria esse  
cœpit; nam ius cōstare non potest;  
nisi sit aliquis iuris peritus: per quē  
quotidie in melius produci possit;  
Vnde prodijt responsum prudentū:  
quod qui profitentur: iuris consulti  
nominantur. Quod autem hoc vl  
timum sit velut interpretatio supe  
riorum: liquido de posterioribus iureconsultis probatur; qui  
prin cipum autoritate responderūt; nam præscriptas quin  
que iuris civilis partes referunt, & post in digestorum libris  
quingenta/ex eorum voluminibus a Tribuniano confe  
ctis interpretantur. Aliorum vero iuris peritorū nihil extat;  
quorum tamen plures testimonio Pomponij scripserūt. Sed  
ostendamus; quod nouissimi iureconsulti omnes iuris ciuis  
lis partes referūt; & interpretantur, id primo in legibus, xij,  
tab. Vlpianus septimo & quadragesimo digestorū libro de  
monstrat, nam: cum vna, xij, tab, lex neque soluere tignū fur  
tium aedibus, vel vineis iniūctum/ neque vendicare permit  
teret; eam Vlpianus interpretans Tigni appellatione conti  
neri scribit omnem materiam; ex qua aedificium constat; vi  
neæque necessaria. Aliam populi legem idem de iniurijs in  
terpretatur; cum relata lege Cornelia dicit; eam e tribus cau

sis dedisse actionem: & paulopost inter verberationem &  
 Pulsationem legis Corneliae verba discrimen assignat, idē  
 Vlpianus de adulterijs hęc legis Iuliae verba incontinenti; si  
 liam occidat; diligenter explicat. De Plæbiscitorum enoda  
 tione a iurecōsultis facta Caium ad legem Aquiliam audia  
 mus; qui relatis Plæbisciti verbis subiicit apparere seruis no  
 stris legem Aquiliam exæquare quadrupedes. An autem a  
 iurecōsultis Senatusconsulta explicantur; cum alios; tum  
 Vlpianum vide præmissa senatus decreti Velleiani verba de  
 cimo sexto digestorum libro subtiliter explanantem; verba  
 itaque senatusconsulti omnia discutit. Prætorum etiam edic  
 ta iuris periti interpretantur; in qua re Vlpiani de dolo suffi  
 ciet autoritas; qui dolum malum (cuius Prætor memine  
 rat) Seruum inducit diffiniētem; & quæque deinceps præ  
 toris verba ordinatim exponit; Postremo circa edictū emer  
 gentes quæstiones; vt in alijs contingit iuris partibus dect  
 dit. Quod etiam principum decreta iuriconsulti enodent;  
 Martianus author est; relato Diui Pij rescripto de quæstionē  
 bus subiiciēs qualiter accipi deberet; & Vlpianus de testamē  
 to militis præmissa rescripti imperatorij vocabula enarrat;  
 nam militem appellari dicit/ a militia id est duricia/ quā pro  
 nobis sustinet; Pariter alia rescripti vocabula interpretatur;  
 Quinimmo & sua & antiquorum scripta iureconsultorum  
 iuniores legum periti inuicem referunt; Paulus enim de em  
 ptione dicit Labeonem scripsisse obscuritatem pacti nocere  
 potius debere venditori/ qui id dixerit; quam emptori. Idem  
 libro quinto supra quadragesimum Catonis scripta in pro  
 bationem & discussionem suæ interpretationis adducit; tu  
 ipse similia perquires; Sed ne in occulto habeatur; quod  
 paulo ante diximus; aliquot scilicet iureconsultos imperato  
 rum autoritate respondisse; aliquot vero sine illorum au  
 thoritate responsa dedisse; subiungam; quod apud Pompo  
 nium de hac re legimus; scribit enim iureconsultos omnis



## LIBER Q VINTVS

non eandem respondēdi potestatem habuisse; nā ante tempora Augusti publice respondendi ius non a principibus dabatur; sed qui fiduciam studiorum suorum habebant; consulentibus respondebant; neque responsa utique signata dabant; sed plerūque iudicibus ipsis scribebant; aut testabantur; qui illos consulebant; Diuus postea Augustus; ut maior iuris authoritas haberetur; primus constituit; ut ex autoritate eius iurecōsulti responderent; & ex illo tempore peti hoc pro beneficijs cœpit; & ideo optimus princeps Adrianus; cum ab eo prætorij viri peterent; ut sibi respondere liceret; eis rescripsit; hoc non peti sed præstari solere; & ideo si quis fiduciam sui haberet; & se populo respondere oblectaret; ad respondendum se præpararet. Et ex horum tantum voluminibus; & scriptis confici libros digesti; quinquaginta Justinianus mādauit; ut in epistolis duabus refert; quibus ius verus enucleatur; & quidem ex immēsis eorum libris optima quæque; & necessaria excerpta sunt; atque in quinquaginta digitorum libros redacta; vnde sepe numero vnus iureconsulti verba; e superioris dicto ibi dependent; & frequenter sequēs absoluit; quod præcedēs pmittit; Quasi præsentēs; & vnay & tempestate eadem responderint; quod nequaquam verum est; cum diuersis fuerint temporibus; & separatim respondēdo libros vnusquisque conscripserit; & interdum antiquioris iureconsulti verba; ab iunioris & posterioris verbis dependent; quod e Tribuniani ordinatione; & sociorum effectum est; quibus huiusce rei curam Justinianus hac lege demandauerat; ut iurecōsultorum; nomina minime tacerēt; numerumque librorū sine notis scriberent; vnde quælibet lex siue magis responsum excerptum fuisset; ut sciremus; quæ verba cuiusque iuris prudentis essent; a quibusvq; eorum libris extracta forent; sic in epistolis eisdē Justinianus asserit; & e multis pandectarum locis apparet; Politianus enim legē quartam de verbo; obligationibus ad vnguem ex ipsis pādectis

exscriptam ad Bologninum misit; quæ Pauli libro duodecimo ad Sabinum fuit; legimus quoque ex Scauolæ primo respondentium libro; aliquid in titulo; ne quid in loco publico fiat; Sic passim in digestis reperies. De his autem tantum iureconsultis attingere est animus; qui imperatorum autoritate responderunt; & iuris scientiam in hac vltima reipublicæ specie professi sunt; vnde quicquid de ipsorum memoria tradiderunt Pomponius; Iul. Capitolinus; A. Spartianus; Lampridius; alique Historiographi commemorabo; & e libris pandectarum quinquaginta; & in eas Iustiniani præfatione; Præterea ex A. Gelio; & Politiano ad Modestum singulorum opera referam. Duos tamen præmittam; quos principum autoritate non respondisse haud leui coniectura existimo; quoniam eorum scripta; quæ plura erant; Tribuntanus in digesta non congeffit; Præterea Masurius Sabinus a Pomponio primus traditur; qui autoritate imperatorum publicè scripserit; & is horum alteri successit; ab his tamen duobus cæteri profluere quapropter ab ipsis non ab re exordium sumetur; Ac teius Capito horum prior est; & Labeo Antistius alter.



**C**APITO Iuris privati & publici secundum Gellium peritissimus, Offitium audiuit, consul Augusti temporibus fuit, commentaria ad. xij. tabulas; sicut ducetos sexaginta coniectaneorum libros reliquit. septem de pontificio iure & librum singularem de officio senatorio conscripsit; & de iure sacrificiorum decem; vt apud Macrobius saturna. lib. iij. reperimus. Commentarium de iudicijs publicis composuit; ex quo sextum libri decimi capitulum Gellius excerpfit; cætera in eo scripta desiderantur.



**L**ABEO Antistius Trebatio operam dedit; in Capitonis sententia legum atque morum populi Romani; iurisque civilis doctus apprime fuit; quam disciplinam si Gellio libro. xij. credimus; principali studio exercuit; & consulentibus de iure publicæ respondit, cæterarumque bonarum artium.

## LIBER Q VINTVS

non expers fuit; nam in Grāmaticam/atq; Dialecticam/lit  
 teraſq; antiquiores/altioresque penetrauit: latinarum vocū  
 percallens origines/rationeſque/ea |præcipue ſciētia ad eno  
 dandos plæroſque iuris laqueos vtebatur. annum ita diuiſit  
 vt Romæ ſex mēſibus cum ſtudioſis eſſet; & ſex menſibus ſe  
 cedēs conſcribendis libris operam daret. Quadragita (vel  
 vt alijs magis placet) quadringenta volumina cōſcripſit; inſ  
 ter quæ commentaria ad duodecim tabulas/ & quadraginta  
 Poſteriorum libros composuit: qui poſt eius mortē editi fue  
 re; libros triginta ad prætoris peregrini edictum reliquit: &  
 vrbani complures; & octo Pithanon; id eſt credibilem ſeu  
 veriſimiliū. Hunc hominem vſque eo nimia libertas agi  
 tauit; vt apud Gelium, lib. xiiij. Capito retulit; quod Diuo Au  
 guſto iam principē/ & rēpublicā obtinente/ratum tamen pē  
 ſumque nihil haberet; niſi quod iuſtū ſanctumq; eſſe in Ro  
 manis antiquitatibus legiſſet. Vnde lectione ſenatus; cū triū  
 virū. egeret. M. Lepidum hoſtē olim Auguſti/tunc regnātia  
 legiſt; vt eſt apud Trāquillū; in Auguſti vita ſcriptum; interro  
 gantiq; Auguſto an eſſent ali j digniores; ſuū quēq; iudiciū  
 habere reſpōdit. Hi duo iurecōſulti vt Pōponius ſcribit; pri  
 mum duas Sectas fecerūt; nā Atteius Capito in his perſeue  
 rabat; quæ et tradita fuerant; at Labeo ingenij facilitate fre  
 tus; & fiducia doctrinæ plurima innouare; inſtituit. Ang. Po  
 litianus ad Modestū e Labeonis huius ſcriptis pādectas etiā  
 cōfectas eſſe putauit; Sed magis e Labeonis Domitij operi  
 bus/de quo paulopoſt dicetur: fuiſſe pro aliqua parte com  
 poſitas crediderim; Idē etiam inter digeſtorū. authores. Q.  
 M. Scauolā pōtificem maximū/ & Gallū Aquiliū; ſi Iuſtinia  
 no credimus; male enumerat; nā in epiſtola ſecūda qua ius  
 vetus enucleat; Iuſtinianus pandectas iuſſu ſuo eſſe cōpoſi  
 tas ſcribit e iuriſconſultorum libris; quibus exponendarum  
 legum authoritatem imperatores præbuerāt; & longe ante  
 imperatores Auguſtos Scauola/ & Gallus fuerunt.

**M**ASVRIVS Sabinus Atteio successit, & cū in Tiberij Cæsaris familiaritatē deuenisset; ab eo vt pp̄o r̄nde rer; obtinuit; hoc tñ illi ab Augusto prius cōcessū fuerat; in equestri receptus est ordine/ānos quasi agēs quiquaginta; maxima laborās inopia a suis auditoribus sufflēt⁹ est; duodecim memorabiliū libros reliquit; iurisq; ciuilib tres; cōmentarios de indigenis; & librū cui titulus est de furtis; composuit, de hoc iurecōsulto Persius meminit; cū i quira Satyra ait; Vindicta postq̄ mēs a prætore recessi; Cur mihi nō liceat iussit qd̄cūq; volūtas; Excepto si quid Masuri rubrica vetauit.

**M**ERVA Labeonem secutus est; & Tiberij Cæsaris familiarissimus fuit, hi duo adhuc Capitonis & Antistij discordias auxerunt.

**C**AIVS Cassius Longinus Sabino successit, Tuberonis filia Seruij Sulpicij nepte genitus est, cōsulatū cū Quarto tēporibus Tiberij gessit, Plurimū in ciuitate autoritatis habuit, de ciuitate expulsus a Cæsare i Sardinia fuit; postea reuocatus a Vespasiano; vita defunctus est.

**Q**CVLVS Neruæ successit autoritate supra oēs sui tēporis valuit; ideo appellati sunt partim Cassiani; partim Proculiani; qui in discordijs a Capitone coeptis & Antistio pseuerarūt, horū tamē dissensiones iuris periti sequētes terminarūt; vt ex eorū scriptis in libris p̄delectarū adhuc videre possumus, nā alterā opinionē penitus interdū abijciūt; & mediā aliqñ viā elīgunt, Paulus em̄ Sabini & Cassij reprobata opinione/veriorē eē Neruæ & Proculi sniam libro dige. duodeuigesimo affirmat; vt sine nūmis dici vēditio nō possit, & Caius mediā eligēdo viā/deacquirēdo rerū dñio scribit; verū eē qd̄ Sabinius & Cassius senserūt; vt species ex aliena materia facta/sit materiae dñi; si ad eādē materiā reuerti possit; quod si nō possit reuerti; verius esse dicit; quod Proculo & Neruæ placuit; vt faciētis sit illa spēs; cū vtriq; idistincte loquerētur, horū similia passim i ciuili disciplina iuuent;

## LIBER Q VINTVS

**M**ERVA filius proculi temporibus fuit, libros de vsu  
captionibus conscripsit, & Vlpiano authore annum  
agens decimūseptimū publice de iure respondit.

**C**ASSIVS alter longinus ex equestri ordine ad Prætu-  
ram vsque peruenit; huic orbatō luminibus Nero ob-  
iecit; vt apud Suetonium reperimus/ quod in vetere  
gentili stemmate, C. Cassij percussoris Cæsaris imagines re-  
tinuisset; & hac ratione eum interemit.

**C**AELIVS Sabinus Cassij auditor/ plurimum tempo-  
ribus Vespasiani potuit; librū de edicto ædiliū cur-  
uliū conscripsit.

**N**ERATIVS Priscus cū Antonio consulatū gessit;  
patri Celfo operā dedit. Traianus princeps ami-  
corum consensu eum successorē vsq; eo fertur des-  
tinasse; vt Spartianus in vita adriani scripsit; vt ei  
aliquando prouincias cōmendauerit; si quid fatale sibi con-  
tigisset; mox Neratius in Adriani consilio fuit; cuius plura  
aliquando extabant volumina; Membranarum libri septē  
Quæstionum tres; quinque responsorum; e Plaucio decē;  
& quattuor epistolarum, Regularum quoque quindecim li-  
bros; & vnum de nuptijs composuit.

**V**ELIVS Iubentius Celfus filius/ consul cum Neratio  
Marcello/ & iterū cum Iulio Balbo Diui Adriani tem-  
poribus fuit, vnde quadraginta digestorū libros; & in  
stitutionum viginti conscripsit; tredecimq; libros epistola-  
rum edidit.

**C**OMITIVS Labeo & Aristo, eodem tēpore fuerunt;  
quorum prior librum epitomarum/ & cōplures epi-  
stolarum libros composuit. Aristo autem volumi-  
na de decretis Frontianis scripsit; fuitque iureconsultus Ge-  
lij sententia nequaquam indoctus; in cuius libro furta om-  
nia apud veteres ægyptios fuisse licita & impunita; Idem Ge-  
lius libro, xi, se legisse scribit;

**A**RRIANVS insignis iureconsultus complures li-  
bros præsertim de re militari reliquit: & sunt qui  
putant hūc Arriani & Antonini fuisse tēporibus:  
& eum esse Arrianum; qui gesta Alexandri regis  
scripsit quod nullus ideo improbare potest; quod iurecon-  
sulti ius non historiam scribāt, si aliud non afferat. nam Celius  
antipater; & plures alij iureconsulti historias conscripserūt;  
sed & carmina modestinus edidit.

**C**AIVS Cassius etiam diui Adriani temporibus fuit;  
ad quem sua ætate mulierem cū quinque liberis, quos  
vno foetu enixa erat; perductam fuisse dicit. Decem  
iuris ciuillis libros scripsit.

**T**ERTVLIANVS quattuor libros quæstionum / &  
singularem de castreſi peculio, cōposuit, consul fuit;  
& ab eo senatuscōsultum Tertulianum; quod Adria-  
ni temporibus factum est; nisi fallor; nomen habuit.

**S**ALVIVS Iulianus iuriscōsultus / vrbis præfectu-  
ram / & bis cōsulatam gessit. Didij Iuliani qui post  
Pertinacem imperium adeptus est, proauus fuit.  
Sub Adriano perpetuum (vt Eusebius & Eutro-  
pius scribūt) edictum composuit, & adeo prætoris edictum  
diligenter ordinauit; quod secundum Marcellum caput siue  
nouam clausulam introduxit; quæ ad perfectionem edicti  
prætoris / quo liberi emancipato patri coniunguntur; desi-  
derabatur. Adrianus princeps cum iudicaret; Saluium in cō-  
silio habuit; eum deinde Antoninus Pius; Postremo diui fra-  
tres in magna veneratione habuerunt, huius apud Pompo-  
nium illa exrat memorabilis sententia; Et si alterum pedem  
in sepulchro haberem; adhuc quidem addiscere vellem. No-  
naginta digestorum libros; de ambiguitatibus vnū; ad Mi-  
nutium sex, & quattuor ad Vrseum reliquit.

**P**OLVSIVS Mærianus iuris ciuillis scientiam Anto-  
nini Pij temporibus professus est, huic imperator

## LIBER Q VINTVS

Marcus Antoninus philosophus i ciuili disciplina operam dedit, librum **Q** uæstionum, fideicommissorum sexdecim, & publicorum quattuordecim cōscripsit, Sed Martianum pro



Matiano saepe vitio librariorum legimus

**A**LENS his temporibus claruit, & septem fideicommissorum libros composuit.



**A**BOLENVS Iuriscōsultus fuit celeberrimus: & eo in iure Antoninus Pius vsus est, e, Cassio quinque libros: epistolarum quattuordecim, & quinque ad Plautium reliquit.



**M**ARCELLVS hoc tempore/necnon sub Seuero floruit, octo super triginta digestorum libros: responsorum vnum: Quæstionum duodetriginta composuit, duos de iure cōscripsit militari: sex ad leges, & quinque de officio consulis, fuerunt & Antonini Pij temporibus alij iuris periti: Vinçius, Verus: & Vlpius non leues iuris authores: sed qualiter eorum libri inscribantur: nō



satis constat:

**M**AVRITANVS sex libros ad leges, & Taruntius paternus Militarium quattuor composuit.



**S**ERBIDVS Scauola iuris peritissimus fuit, eo, M. Antoninus philosophus impator vsus est: præcipue cū iura dictauit, Papinianū, & seuerū qui post Iulianū præfuit imperio, docuit, viginti libros Quæstionū, respōsorū sex, quadragita digestorū & regularū quattuor scripsit, de quæstiōe familia vnū, & vnū librū quæstionū publice tractatarū reliquit, dicere solebat ius ciuile vigilātibus scriptū esse.



**T**ERENTIVS Clæmens: & Menāder per hæc tēpora florere, hic libros militarium quattuor ille viginti ad leges reliquit.



**M**ARTIANVS duos libros de appellationibus & sexdecim institutorū scripsit, eiusdē esse quinque alij libri feruntur, qui regularū inscribuntur libros etiā singulares.

tris cōposuit: quibus est titulus de delatoribus, Hypothecaria. & ad senatū cōsultū Turpilianū, Martianus a Didio Iuliano ipatore occidit iussus ē. Sed euadēs postea de cōsilio Alexandri principis fuit, duos libros publicorū iudiciorū etiā reliquit



**A**EMILIVS Papinianus praetorio praefectus / Impatori Severo amicissimus / & vt aliqui tradūt affinis etiā p se cū dā vxorē fuit, eū iuris asylū / & doctrinā legalis Theaurū Spartianus vocauit / vnde viginti libros rñsorū. Quæstionū sex & triginta cōposuit. duos definitionū libros: & de adulterijs adiliū quoque curulū singularē librū / & duodeviginti digestorū reliquit, eū occidit / eo qd pricidiū excusare noluit / set impator Antoninus iussit, multi em dicūt: Bassianū Antoninū occiso fratre illi mādasse: vt & in senatu p se / & apud pplm facinorū dilueret, Papinianū autē nō tā facile pricidiū posse excusari / quā fieri: respōdissē, Sixti pōtificis tēpibus vna argetea his & bis iscripta Romæ a quodā rustico iuēta ē, Aemilij Papiniani iurecōsulti / & praefecti praetorio requiescūt hic ossa: cui iselix p̄r & mater sacrū fecerūt: mortuo āno suæ ætatis. xxxviij. alij āti quorū marmorū iscriptiōes secuti: sic dicūt: Aemilio Paulo Papiniano p̄fecto p̄torio iuriscōsulto / q̄ vixit ānis triginta sex: dieb⁹ decē: mēsisibus tribus: Papinianus Hostenus filius: Eugenia gracilis turbato ordine i senio heu parētes fecerūt filio optimo. Dū hæc cōtēplor / & iurecōsulti istius opa cogitabūdos p̄spicio: exēplo Cæsaris apud magni Alexandri imaginē / igemisco / quasi igenij qualitātē p̄tesus: qd in ætate qua iā Papinianus magnā vt ei⁹ vitæ breuitas docet: suorum librorū p̄tē cōscripsisset: nihil i iuris disciplina memorabile egerim: ānū em quīntū & vigesimū gero: & cōsultores nullos ad



**M**huc admisi: p̄dolor nec rñis hūanā societa tē iuui. **M**ACER duos libros militarū, cōposuit. publicorum duos. de officio p̄sidis duos: Icaston duos: & duos libros de appellationibus scripsit, Archadius vnū de testibus. & Ruffinus duodecim libros regularum composuit.



## LIBER Q VINTVS

**Q**APIRIVS Fronto quattuor responſorum libros reliquit, Pūblius Furius Antianus pater quinque libros edicti composuit, & Maximus ad legem falcidiam libros edidit.

**C**AIVS duos & triginta libros ad edictum provinciale scripsit, ad leges quindecim, ad edictum publicum quindecim, aureorum septem, huius etiam Dodecadelti; hoc est duodecim tabularum sex libri erant, & tres institutionum, de manumissionibus tres, fideicommissorum duo, & quattuor singulares; quorum primus regularum inscribitur; alteri de casibus est titulus, tertium Dotalitiorum; & quartum Hypothecariae vocauit, inter homines Bassiani Antonini temporibus fuit, libros septem de origine vocabulorum etiam reliquit.

**S**EXT, Cæcilius in disciplina iuris atque legibus populi Romani noscendis/interpretandisque scientia; vsu; & autoritate illustri fuit, huius & Phaurini philosophi elegans de legibus, xij, tab. disceptatio apud A. Gelium libro vigesimo legitur, libros de significatione verborum; quæ ad ius civile pertinerent; scripsit, & Hadriani tempore floruit.

**P**VLIUS Paulus Iabolenus & Papiniano operam dedit, Præturam primum nactus/deinde consulum gessit, Præfectus ab Heliogabalo; siue ut alijs placet; ab Alexandro factus; apud eum in magna veneratione fuit, tris & viginti responſorum libros conscripsit, Quæstionum sex supra viginti, ad edictum octoginta, tris & viginti Brevium, ad Plautium duodeviginti, ad Sabinum sexdecim, decem ad leges, Regularum septem, sententiarum vel factorum sex, sententiarum rursus quinque, ad Vitellium quattuor ad Neratium quattuor, fideicommissorum tres, de adulterijs tres, decretorum tres, Manualium tres, de officio proconsulis duos, ad legem Iuliam duos, Institutorum

duos, de iure filci duos, ad legē Aeliam Sentiam tres, libros præterea singulares reliquit; Regularum rursus, Regularū tertio, de officio præfecti vigilū, de poenis Paganorū, de officio præfecti vrbi, de poenis militū, de vsuris, de iure codicillarum, de officio prætoris tutelarīs, de poenis omnium legum de gradibus & affinis, de excusationibus tutelarum, ad, S. C. Orficianum, ad, S. C. Tertulianum, ad, S. C. Velleianū, ad S. C. Libonianum/ seu Claudianum, ad, S. C. Syllanianū, ad Regulam Catonianam, de extraordinarijs criminibus, de Hypothecaria, ad Municipalem de publicis iudicijs, ad orationem diui Seueri, de in officioso testamento, de secūdis tabulis, ad orationem Diui Marci, de tacito fideicomisso, de seipsum virilibus iudicijs, de iuris & facti ignorātia, de iure singulari, ad legē falcidiam, ad legem Velleiam, ad legē Cinciam, de portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur, de Adulterijs, de iure libellorū, de iure Patronatus, de testamentis, de instructo & instrumento, de appellationibus, de iure patronatus, quod ex lege Iulia & Papia venit, de actionibus, de intercessionibus foeminarum, de concurrentibus actionibus, de legibus, de libertatibus dandis, de donationibus inter virum & vxorem, de legitimis hereditatibus, & de senatusconsultis, Librum etiam singularem cui est titulus de varijs actionibus, & octo digefforum libros composuit. Patauius fuit; eiusque statua; vt audio; adhuc extat in patria; quā tanti vtri doctrina, & amore captus; viserem nisi Cæsaris & Gallici regis milites Patauium obsiderent.

**A** Ermogenianus sub Alexādro principe iuris sciētiam professus; sex iuris Epitomarum libros reliquit, iustus autem viginti constitutionum libros conscripsit.

**C**OMPONII Complura extabant aliquando volumina; viginti epistolarum libri ad ædem octoginta, ad edictum quattuor & octoginta; in super vnū & qua-

## LIBER Q VINTVS

draginta libros lectionum ad, Q. Mutium scripsit. ad Sabi-  
num quinque supra triginta, variarum lectionum quadra-  
ginta, librum singularē regularū etiā reliquit, quadraginta  
digestorum: de stipulationibus decem & septē, senatuscōsul-  
torum quinque; ad Plautium septē, Enchiridij duos, & quin-  
que fideicōmissorū, Discēdi cupiditatē solam viuendi ratio-  
nem optimam existimauit; eāque in octauum super septua-  
gesimum aetatis annum perduxit, in terris Alexandri tem-  
poribus, agens/eius familiaris & fere socius fuit.



**A**FRICANVS non leuis in ciuili professione author/  
Alexandro imperatore familiariter vsus est: Instru-  
ctus a Papiniano/nouē libros Q. uæstionū reliquit.



**S**ABIVS Sabinus patrē Sabinū insignē virū & cōsula-  
rem habuit; ad quem Ulpianus/Paulus/ & Pompos-  
nius libros scripsere, Papinianum audiuit, de cōsilio  
Alexādrī principis fuit, tris responsorum libros reliquit, ad  
Vitellū viginti digestorū & ad edictū prætoris vrbani quina-  
que, tres libros præterea iuris ciuilibus scripsit, epistolarū octo,  
& ex proculo singularem.



**E**LSVS nō minorē autoritatē/ quā Sabinus apud  
Alexandrū habuit & similiter operā Papiniano de-  
dit, ad Sabīnū tris & triginta digestorū libros, Q. uæ-  
stionum vnum supra viginti conscripsit.



**Q**OMITIVS Ulpianus præfectus prætorio; Alexādrī  
familiarissimus, tutor & scriniū magister fuit, eū verti-  
cem legū, & nobilissimū, & egregiū Modestinus ap-  
pellauit, decē libros pro tribunali; & totidē de officio proco-  
sulis reliquit, ad edictū tres & octoginta, viginti ad leges, se-  
ptē Regularū, fideicōmissorū sex, eius præterea esse libri qui  
que de adulterijs feruntur, de appellationibus quattuor ad Sa-  
binū vnus & quinquaginta, opinionū sex, de officio cōsulis  
tres, respōsorū duo, sex de censibus, institutorūq; duo, septē  
etiā libros singulares cōposuit; quos scripsit de spōlalibus.

de officio præfecti vigillum, de officio prætoris tutelarum, de officio quaestoris, regularum, de officio præfecti urbi, de officio curatoris rei publicae, libros publicarum disceptationum ad perhennem scientiam & memoriam pariter edidit. Tyrionum colonia originem traxit: quae seculorum antiquissima/armipotens/foederisque/quod cum Romanis percussit: tenacissima fuit.

**F**LORENTINVS his temporibus sicut Trisphonius floruit: quorum prior duodecim libros institutorum: & alter unum & viginti: quos inscripsit disputationum composuit:

**V**ENVLEIVS Alexandro gratissimus: & Papiniani auditor: decem libros actionum conscripsit, unum de poenis Paganorum, & publicarum tris, praeterea sex libros: quibus est titulus de interdictis, vnde viginti stipulationum: & quattuor de officio proconsulis edidit.

**A**LISTRATVS quattuor libros de iure fisci reliquit, de cognitionibus sex, institutorum tris, Quaestionum tres, & sex edictorum monitoriorum, hunc sicut alios complures Alexander in magno honore habuit.

**M**ERENNIVS Modestinus Papiniani discipulus: consulatam Alexandri temporibus gessit. Maximam iuniorum rem docuit, librum utilissimum/qui de excusatione tutelae & curae inscribitur: e graeco in latinum sermonem transfudit: & ubi aliqua ad transferendum inepta cognovit: ipsa legum verba apposuit: quare haec/quae Tribonianus ex illo Modestini libro ad conscribendam magnam tituli partem de excusationibus tutorum excerpserit: multi imperitia graeci sermonis, propterea intelligunt, Politianus tamen non modo Modestinum illius tituli parte transfuisse inscribat: verum etiam idocito cupiam totum tituli translationem ascribit: quam esse septem affirmare audet, Modestinus etiam decem libros regularum conscripsit, excusationum sex: duodecim paedictae, Differentiarum novem, eius praeterea esse vnde viginti responsorum libri dicuntur, de poenis quattuor, singulares de praescriptionibus, de legatis et fideicommissis, de testamentis, de ritu nuptiarum, de Eucleatis casibus, de

## LIBER Q VINTVS

differentia dotis. de Manumissionibus. de inofficio testamē  
 co. & de Erematicis. metrice argumēta/ quæ hactenus Qui  
 dio Nasoni ascripsimus; in libros Virgilij fecit si Benedicto  
 Philogio Florentino ad probationem citanti codicem  
 Maronis vetustissimum credimus. Fuere & Alexandri tem  
 poribus Hermogenes; Alphenus iunior; Matianus; Procu  
 lus; & Iulius Frētinus; qui omnes splēdidissimo Papiniano  
 operam dederunt; & Alexandri imperatoris familiares; &  
 socij fuerunt; & plurimos in iure ciuili libros conscribere;  
 sed qualiter eos inscripserint; adhuc in occulto est apud me.  
 Te admonere velim præmissos fere ois iureconsultos; qui  
 sub imperatore Alexandro inter homines fuerūt; Seueri &  
 Antonini temporibus etiam claruisse; vt ex eorum scriptis  
 liquet. Sed cuius temporibus sequentes iuris periti ius ciuile  
 professi sint. non satis constans est opinio.

**Q**VINT. Saturninus decem libros ad edictum reliquit  
 & Suphus duos quæstionum libros cōscripsit. Adria  
 nus vero duos libros de interdictis cōposuit. ast Pu  
 teolani extabant aliquando assessorum libri.

**S**EXTVS pedius de stipulationibus libros cōscri  
 psit; & ad edictum quinque & viginti; in quorum  
 vltimo; vt Paulus refert de bonorum possessionis  
 bus; notas non esse litteras nostras scribit; quo ar  
 gumento scribentes syllabas/ aut dictiones compendarijs  
 notis confutatur; cum e litteris syllabæ; e syllabis dictiones  
 fiant; sicut oratio ex dictionibus conficitur. Sed hæ notæ  
 non sunt littere; ergo ex eis syllaba; nec dictio fieri possunt;  
 hoc vitio cum in alijs vocabulis/ tū his in tribus/ quod/ que/  
 quam/ quando non inflectuntur; nostræ ætatis homines la  
 borant; de quo in nostris de orthographia libris/ quos ado  
 lescens adhuc conscripsit; abunde diximus; & memini  
 patrem meum Guigonem Riuallum iureconsultum  
 (dum allata a Tabellione quorundam iuris peritorum fre

quenter notis vtentium responsa praeses Marcellinopolita-  
nus legeret) subridendo dixisse; notas multorum imperitiā  
excusare; qui in Barbarismū aut soloecismū cū alijs modis/  
tum si promiscue litteris aut casibus vterētur; incidere dubi-  
tātes notas libēter vsurpant. Et apud veteres vsus notarum  
nullus erat: Sed vt celeriter comprehenderent; quaedam ver-  
ba atq; nomina e cōmuni consensu primis litteris notabāt:  
vt Probus tradit; & monumenta antiqua; Hystoriarum libri  
& numismata docent. De altera parte iuris ciuilib; quae ius  
non scriptum appellatur; dicere non est animus: Propterea  
quod in origine parum difficultatis habeat; nam diuturni  
mores consensu vtentium comprobati id ius constituunt;  
legesque imitantur; tollunt; aut interpretantur. Et non im-  
merito in duas species ius ciuile Romanorum sicut in prin-  
cipio libelli nostri diximus distributum est. quoniam eius  
origo ab Atheniensibus & Lacedemonijs authore Iustia-  
niano fluxisse videtur: & Athenienses legibus; scriptis  
republicam magis gubernabant: Lacedemonij autem  
tantum ab vsu iuris scripti abfuerunt; vt Licurgus; eorum  
legislator sanctione constituerit; si Plutarcho credimus; Ne  
scriptis vterentur legibus.

LIBER SINGVLARIS  
 AYMARI RIVALLII ALLOBROGIS  
 DE HISTORIA PONTIFICII  
 IVRIS LIBER SINGV  
 LARIS.



NSTREMO sciēdū est: cōstitutionēs etiā a pōtifici-  
 bus fuisse relictas: quæ sub nulla iuris, ciuilibs par-  
 te cōtinētur; sed p se ius sepatū cōstituūt, quod pōti-  
 ficiū a cōditoribus appellat. de q̄ aliquid dicēdū ē:  
 quū ciuile sanctionē sæpius ius tollat; refrigat; & eo ad ius  
 vniciuicq̄ reddēdū frequēter vtamur, pauca tñ de hoc iure pō-  
 tificio referā; quia nō lex ptis; vt ius ciuile: sed vnā tñ habet:  
 p paucis em̄ diuorū patrū cōstitutionibus exceptis e quibus  
 pars decreti facta est: solas pōtificū sanctiones cōtinet, præ-  
 terea in secūdo iuris ciuilibs historiæ libro multa ex hoc iure  
 explicuimus, Ante oēs ergo Numa Pōpilius pōtificē maxi-  
 mu creauit: quē oibus præesse alijs pōtificibus cōstitutis vo-  
 luit; & ei oia exscripta exsignataq̄ attribuit; vt i prio Ltuij li-  
 bro legit; & quibus hostijs; quibus diebus; ad quæ tēpla sacra  
 fierēt; cæteraq̄ oia publica priuataq̄ sacra idē rex pōtificijs  
 Scitis subiecit; vt eēt, quo plæbs cōsultū veniret ne quid diuis-  
 ni iuris patrios ritus negligēdo; & pegrinos asciscēdo turba-  
 retur; voluit quoq̄ Numa Pōpilius; vt nō solū coelestes coeris-  
 monias; sed iusta etiā funebria; placādosq̄ manes idē ponti-  
 fex edoceret; & q̄ pdigia fulminibus; alioue iussu; missa susci-  
 perent; atq̄ curarent; i pōtificis cura posuit, ius etiā ciuile; &  
 iterptādī sciētia; & actiones pplo dāde; tātisp apud collegiū  
 pōtificū iter sacra; coerimonia; q̄ deorū fuerūt, vt Pōponius  
 iuriscōsultus; Liuius; Valeriusq̄; & alij scribūt, dū has actiōes  
 ab Ap. Claudio i formā redactas, Gn. Flauij scriba & liberti  
 nō pte genit; pplo tradiderit; & ius ciuile vulgauerit; vt dei  
 ceps i iure ciuili authoritate pōtificū opus; nō fuerit, Sed post  
 ea de religioe quasdā cōstitutiones ipi pōtifices fecerūt pōtifi-  
 calesq̄ libros; & pleraq̄ alia habuerūt, vt abūde satis post Ci

ceronē i secūdo iuris ciuīlis historiae libro retulim⁹. Hūc pōti-  
 ficatū maximū suffragijs ppli etiā gesserūt ipatores. & q̄ vxō  
 res hēbāt: vt Cæsar Mutius Scauola iuriscōsul⁹: Augustus:  
 Tit⁹: & alij cōplures: sicut historia vbiq̄ docet. Et cū quattuor  
 pōtīfices ab initio eēnt: & hī quidē p̄ricij oēs: postmodū ogni-  
 nio plēbiscito alij quattuor e plēbe additi sūt. vt i plēbiscitis  
 dixim⁹ ius etiā pōtīficū subrogādoꝝ collegio ipōꝝ cōpete-  
 bat: sed postea istud ius pōtīficū ac alioꝝ sacerdotū subrogā-  
 doꝝ a collegijs ad pplm trāslatū ē p Gn. Domitiū plēbis tri-  
 bunū, vt Trāquillus i Nerone author ē: Propterea qd̄ aliū q̄  
 se p̄p̄s sui locū pōtīfices cooptassēt, prim⁹ aut̄ qui pōtīficatū  
 maximū gesserit: Martius Martij p̄ricij fili⁹ fuit. hūc q̄ Numa  
 creauit. Ast lōge post aliū sanctiorē pōtīficatū Xps̄ iperante  
 Augusto nar⁹ instituit, & Petrū ore suo sacratissimo primū pō-  
 tificē: & suā religiōis xp̄ianæ pastorē atq̄ p̄rem cōstituit eiꝝ  
 clauēs regni, cœlestis dedit: ac secūdū Matheū fidei nr̄æ scri-  
 ptorē & historicū ligādī solūēdiq̄ p̄tātē: vt qd̄ ī terris ligaret/  
 solueretur: ī cœlis ligatū v̄ solutū foret. aliq̄ post petrū antisti-  
 tes ppli & sacerdotū suffragijs hita ipatoris cōfirmatiōe creati  
 fuerūt: sed postea Cōstātin⁹ impator sc̄itate b̄ndicti secūdi p  
 motus cōstituit, vt i eligēdo pōtīfice necessaria nō eēt ipato-  
 ris autoritas, idē post Cōstātinū Adrianus tertij ātistes ma-  
 gnus instituit. Sed deide cū pulso Ioāne Clerus ppliq̄ roman⁹  
 Leonē octauū creassēt: & adhuc mutata snia b̄ndictū obroga-  
 to Leone suffecissēt, Otho ipator romanōꝝ icōstātiā p̄telus  
 oēm eligēdi pōtīficis autoritatē a clero pplōq̄ romano ad  
 ipatorē trāstulit. & reiecto B̄ndictō suscipere Leonē coegit.  
 vt apud Platinā i Leone octauo legi. Postremo Nicolaus se-  
 cundus legē i lateranensi cōcilio tulit, vt si quis pecunia/vel  
 gr̄a humana/aut populari militariue tumultu siue cōcordi  
 & canonica electiōne Cardinaliū eēt i sede petri collocatus:  
 is non; apostolicus sed apostaticus, i. ratione deficiens me-  
 rito; vocaretur, sacerdotibusque/populo/ & Cardinalibus



## LIBER SINGVLARIS

deum colentibus liceret illum vt prædonē anathematizare & quouis humano auxilio a sede apostolica ppellere .atque quouis in loco si in vrbe non liceret: Christianos huiusce rei causa cōgregare. Sub diuo Petro primo Antistite maximo: & suis in hoc sacerdotio successoribus: cōplures alij minores pontifices in diuersis mūdi regionibus fuerūt: quibus alij sacerdotes minimi paruerūt: & adhuc obtēperāt. A Petro vltra àlia instituta partē ordinationis missæ habemus: nā post cōsecrationē a Christo introductā oratiōe illa pater nosterysus est. quod nostri sacerdotes hodie seruāt. at missæ introitū Celestinus dedit. Gregorius Kyrieleyson inuenit. Gloria in excelsis deo a Telophoro. Collationes a Gelasio primo. & epistola euangelicā a Hieronymo missæ addita sunt. Alleluya vero ex ecclesia hierosolymitana: & Symbolū in cōcilio niceno sumpta fuerunt. Mortuorū autē cōmemorationē pelagus: & tus Leo tertius inuenit Ex Innocentio primo osculum pacis in missa habemus Sed cantationē agnus dei Sergius pōtifex instituit. Et vt in missa Sanctus deus sabbaoth cantaretur: & vt soli sacrorū ministri sacra vasa tāgerēt: vteq; corporale ex lineo panno purissimo fieret Sixtus primus mādauit. Petrū ergo primū pontificē maximū alij deinde antistites ordinatim secuti sunt: qui autoritate dei fungentes/ & ab eo potestātē habētes: multas p salute hoīm/ & Christiana religione cōstitutiones dederūt: fecerūt: excogitarūtque. Quas postmodū e diuersis voluminibus in quib; decretaliū libros Gregorius nonus p Raymundū sub cōgruis titulis redegit. suas quoq; cōstitutiones illi volumini adiecit vt ipse testis est in epistola quā iurecōsultis Bononiæ cōmorantibus scripsit. Præstat autē hæc reductio cæteris: quæ Gregorius antistes maximus in vita peregerit. licet Frācisum authorem minorū/ & Dñicū prædicatorū principē in deos retulerit: & licet Federicū imperatorē sapius monuerit: vt Hierosolymas recuperaret: fideiq; Christianæ hostes aggredere. Sed

## DE HISTORIA PONTIFICII IVR. Fo.cxxxix.

tandem inter Gregoriorum et ipsum Federicum ortū est dis-  
sidium, pontificique fauentes guelphi & qui imperatoris par-  
tes sequebantur, Gebellini tunc primum appellati sunt, nec lō  
ge post Gregorius quartodecimo sui pontificatus anno men-  
seq; tertio mortuus est, vt apud platinam legimus. Sane post li-  
bros decretalium a Gregorio factos, nonnullae sanctione sub  
eo, & alijs Romanis pontificibus eisdem succedentibus com-  
posite sunt, e quibus suis additis Bonifacius octa. opera Guil-  
lielmi, Berengarii, & Richardi vsus sextum decretalium librū  
confecit, & quinq; libris a Gregorio iam ordinatis coniunxit  
hi omnes libri inter manus nostras versantur, quare frustra cō-  
stitutiones ibi positas referrem.

**F**VIT AVTEM HIC Bonifacius octauus, si pla-  
tine credimus, natione hernicus, qui per omnes sacerdo-  
tiorū gradus ad pōtificatū cū ambitionis crimine peruenit. Lu-  
douicū Gallici regis sanguine natum in diuorū numerū retu-  
lit, Gebellinos maximo odio persecutus est, Eugubrū quoq;  
urbē quæ gebellinorū auspicijs ab eo descuerat, statim recupe-  
rauit, & cū die cinerum Prochetus gennensis antistes ad ipsius  
Bonifacii pedes venisset, memento homo ait, quia gebellinus  
es, & cum gebellinis in cinerem reuerteris, neq; e more in ca-  
put sed in antistitis oculos cinerem coniecit. Centesimo quo-  
que anno iubileum quo plenam omnium delictorum remissio-  
nem visitantes Romam consequerentur, obseruari mandauit.  
Sed cum hominum ætas centum annorum spacium attinge-  
re non posset, Iubileū Clæmens sextus haberi, postea quinq;  
gesimo quoq; anno voluit. At tandem Bonifacius in tantā dis-  
cordiam cum Philippo Gallorum rege peruenit, vt suos pro-  
fiscici Romam, aut illuc mittere pecuniam primum rex prohib-  
uerit, deinde conuocatis sacerdotibus & patricijs, iniurias a

## LIBERSINGVLARIS.

Bonifacio acceptas, eiusque ambitionem & artibus quibus occupauerat pontificatum, commemorauerit, & ad sedem apostolicam tunc sua opinione vacantem futurumque appellauerit, qua re pontifex dolens habito generali concilio Philippi regnum Alberto imperatori subiecit, Tum philippus pretextu suae appellationis publicandae, Sarram columnensem timore pontificis latentem cum Nogaretio gallo equite fidelissimo Romam misit quorum opera Bonifacius captus est, quintoque & trigesimo die post dolore animi confectus, octauo pontificatus anno, ac mense nono, decimoque septimo die periit.

**R**ursus, quia mederi caulis, postea dolo & iniquitate hominum emergentibus iura iam lata non poterant, Clemens quintus antistes magnus unum sanctionum librum composuit, quem Ioannes vigesimus eidem succedens edidit, cum morte preuentus eum Clemens emittere in lucem non potuisset, liberque a condendis nomine dictus est Clæmentine. Et cum Vasco Clæmens natione esset, Eumque Burdegale existentem Cardinales perusij antistitem magnum creassent. Burdegalla cuius ante hac episcopus erat, lugdunum profectus conuocatisque illuc Cardinalibus pontificatus sedem in quatuor & septuaginta annos in Gallias transtulit, tris cardinales, qui urbem & Italiam gubernaret, cum senatoria potestate Romam misit, huius pontificis tempore Templarij qui prius christi milites erant, a nostra religione ad vanam superstitionem defecerunt, ea propter quae ex eis comprehendi poterant, interfecti fuerunt, ipsorumque bona partim hierosolymitanis militibus qui paulo ante insulam Rhodum occupauerant, partim nouis religionibus a Clæmente attributa fuere, ut platina auctor est. Celestinum quintum approbatis eius miraculis in sanctos retulit, ut motus Italici comprimeretur. Henricum a germanis im-

## DE HISTORIA PONTIFICII IURIS.

peratorem electum hac lege confirmauit, si intra biennium. Italiam ingrederetur, & Romam captam coronam iret quod imperator & pollicitus est, & fecit, octauo pontificatus anno mense decimo ac quinto decimo die Clemens mortem obiit. Ad huc sanctionibus predictis non sufficiētibus post sextum Decretalium librum, alij quoq; pontifices maximi, vt Ioannes vigesimus secundus, Bonifacius octauus. Bñdictus vndecimus & plures alij extraordinarias aliquot constitutiones ediderunt. Sed & hodie vnusquisq; maximus antistes post suam creationē nos ligat preceptis, & constitutionibus. Que omnia habemus, seruamus & tenemus. Inter pontificales libros, est etiam vnus quod decretum a nostris iuris peritis appellatur & preclausanctorū aliorūq; dicta precepta continet Hec sūt que deo optimo maximo suffragante scripturus eram, de historia ciuili ac pontificij iuris.

Deo gratias

In laudem Ludouici oliuelli, cuius & cura, & ere excussus liber est, Felix bonriaci scolaris valentinus .S, V.

Laudibus immodicis quondam celebrate, diuq;

Docte Tryphon cantu cognite pyerio.

Cuius ope in lucem prodibant scripta virorum

Non nisi correctis, & non nisi culta prius.

Cæde precor, Priscoq; absit reuerentia seculo.

Scripta damus cura, si meliore typo.

Te meus ingenio tantum Ludouicus, & arte

Antistat, quæntum secula nostra tuis.

Telos.

r.ij

**C**Ad celeberrimum oratorem, nec non Iureconf.  
ornatissimum Aymarū Riualliū. F. Frāciscus Ber  
geria Pedemontanus. ordi. Diui Antonij.

Candida quid differs, quid docta volumina famæ

Aymari, curæ premia digna tuæ,

Salgama formidas, sed forsam, flumina, & ignes.

Da mnaq; vel longi puluerulenta situs.

Tale nī hīl timeas, nec enim celeberrima norunt.

Sc̄ rīpta pati cariem, vel tolerare rogos.

Ad librum eiusdem.

I liber Aymari, mihi crede politus ad vnguem

Nec tu liuoris tela proterua time

Vade inquam fœlix per gallica regna, per loram

Hesperiam, & quo te nomen & aura feret.

Accurrent, qui te lacerent prohiuppiter neu quot

Sed rari, aut nulli qui meliora parent.

Nimirum facile est vigilatas rodere cartas.

At benetantumdem composuisse graue.

In Emptorem Auariuscolum.

Quid manum lector retrahis, repande.

Quos premis tantum loculos auaros.

Sed sapis caute, scio quod nitorem.

Plus facis æris.

Inscius sic sic preciosa quæque

Proh deus pendit nihili popelus.

Sic & æsopi minus ille gemmam.

Gallus amaui.

Secula nostra putas qui degenerasse vetustis.

Falleris, heu vulgi susequerisq; viam.

(Ingenia & mores quod priscos laudibus ornat.

Et putrefert presens omne quod hora putat)  
Quandoquidem Aymarus quæ dicta volumina prompsit,  
Antiquos sapiunt punice tersa sales.

Ad eūdem

Historiam quicumq; cupis cognoscere iuris.  
Hoc eme (quod Bauio vel placuisset opus  
Namq; ibi nil fictum, nihil & triuiale videbis,  
Nescio quid maius pagina culta sapit.

r iii

**Telos**

**C**Licet noster Ludouicus oliuellus sum opere curauerit vt hoc preclarum opus correcte imprimeretur, nihilominus collatio ne facta cum exemplari quosdam errores inuenimus, quos ne lector decipiatur, pro parte hic annotaui.

Fo. iij. linea. xxiiij. ibi ius intelligens homo clarius dicitur intel ligens homo ius cuiusq; verba enim ibi sunt transposita,

Folio vi. a tergo. linea. xxi ibi iterdū ciuica deest corona dictio

Fo. nono. linea. xv. a tergo. ibi bouis, legendum est bonis,

Fo xi. linea vltima, ibi ponendi, aufert. i.

Fo. eo. a tergo linea xxvi, ibi adducto dicatur adijcito,

Fo, xij. linea. xix ibi passim debet esse passum

Fo. xij, linea finali a tergo in fine. loco e scribatur est.

Eo, xiiij. a tergo linea antepe. ibi sepulcraq; dicat que nomen,

Fo eo. linea si. in prin. ibi ita cāpo, recta litera habet in campo

Fo. xvi a tergo. linea .v. ibi laium dicatur larium & in sequenti linea loco monent dicendum est monentur..

Fo. xix, linea. xxv. ibi collatino omiffum est a,

Fo. eo. a tergo. linea. xiiij. ibi fastique, detractum est ab re. s,

Fo. xxiiij. a tergo. linea, xvij. ibi duobu, adde, s,

Folio .xx. a tergo linea. iij, in prin. dicatur inuenimus.

Fol. xxx, linea. xviiij ibi & rite sequentia verba desiderantur & omiffa sunt expiabant sed.

Rursus eodem folio linea. xxiij. ante illa verba post interpreta tionē, hęc verba esse dedit. Auruspices quoq; & sacerdotes portenta interpretabatur,

Fo. eo. a tergo linea. xv. loco sacrum corrupte sacū impressū ē,

Fo. xxxij, linea. viij. ibi eas quas dicendum est eas quæ.

Fo. xxxiiij, a tergo linea, xxx, omiffum est verbum in ante vo cabulum terra.

Fo. lii, linea. xix. ibi nisi cū populo, dicēdū est ius cum populo.

Fo. lxxv, a tergo línea. iiii. ibi hi suo viuít. vera littera habet in suo viuít.

Fo. lxxx. línea, xvi. ibi iure iudicanda corrupte impressum est iure pro in re,

Fo. lxxi. a tergo línea, iij. ibi actíonís, dicatur actíonibus,

Fo. lxxv, a tergo línea. ix. ante vocabulum magistratus debet esse demonstratiuum is.

Fo, lxxxix, línea, xij, ibi decem, debet esse in littera decerni,

Fo, xci, a tergo, línea, xxiiij, ibi ritu legatur reditu,

Fo, cvi. a tergo, línea, iij, ibi ius, iuris esse debet,

Fo, cxvij, línea, xi. ibi pauente, legendum est fauente,

Fo, cxix línea, xxij post nomen platina omíssū est verbū refert

Fo, cxxvij, a tergo, línea, v, ibi ius, hoc verbum superfluum ē,

Fo, cxxix, a tergo, línea prima post verbun futurumq; adde nomen consiliū,

Hæc sūt quæ inter legendū celeriter annotauimus obseruauimusq; sufficiat igitur lectorem his paucis admonuisse vt reliquos (si quos iuenerit) errores obseruet quos facile emēdabit.





**Index materiarum singularium & notatu dignarum in hoc libro historiae iuris utriusque contentarum ordine alphabetico subsequitur.**

**Actio iniuriarum** p̄ quē est introducta & contra quos libro ij. folio. lxiiij.

**Adrianus** duos libros de interdicitis scripsit. in capi. de. Q. saturnino lib. v. folio. cxxviiij.

**Adrianus Traiani principis consobrino** genitus quid priuatus & ante adeptum imperium & quid post gesserit quas ve leges ediderit. lib. iij. fo. cv. & seq.

**Africanus Papiniani discipulus** nouem libros questionū reliquit. li. v. fo. cxxvij.

**Alexander anāmee christianissime mulieris filius Heliogabali consobrino** & adoptiuus filius qualiter imperij sumptu perit administrationē & quas ediderit leges. li. iij. f. cix. & seq.

**Anastasius dioscorus** circa trinitatē hereticus. quid in iperio gesserit. lib. iij. fo. cxvij.

**Ancus Martius Nume Pompilij filia ortus** quartus rex Ro. quid egerit/quas ediderit leges. & illius exitus. li. i. fo. v.

**Aunius tacitus** vir consularis quid post adeptum imperium gesserit li. iij. fo. cxij.

**Annus a Numa in calendis Ianuarijs** coepit exordiu. lib. i. in. cap. de Numa. fo. v.

**Antoninus commodus Marci Antonini filius** quid post adeptum imperium & quid ante memorabile gesserit libro iij. folio. cvij.

**Antoninus Bassianus Seueri filius** qualiter imperium administrauit. li. iij. fo. cviiij.

**Aquae pluuiae arcendae actio** quibus/ & quando/ & qua lege competat li. ij. fo. lxx.

**Arboris furti caesae** quae sit poena & qualiter agat. li. v. fo. cxvi.

**Archadius vnum librum** de testibus scripsit. li. ij. fo. lxx.

**A**

Archadius & honorius ubi imperauerunt & quas ediderunt leges, lib. iij. fo. cxvi.

Arrianus iurecōsultus insignis de re militari & alios libros plures scripsit, necnō & alexandri regis gesta, & qua' tempestate fuerit, lib. v. fo. cxv.

Aristo contemporaneus domitiij iureconsultus a gellio nominatissimus scripsit volumina de decretis frōtiani, libro quinto, fo. cxxiij.

Aristocratia quid sit & quando locum habeat, li. iij. fol. xcij.

Arualis hostia & ambarualis quando & quibus legibus permittebatur, lib. ij. fo. xxij.

Aruspices quis statuit & quāta erat apud veteres eorum disciplina; & circa que versabantur, li. ij. fo. xxxix. & xxx.

Auguria quāta in veneratiōe apud romanos erāt & q̄ diligenter obseruabantur, lib. ii. fo. liii. & qui auguria & aruspicia primi prohibuerunt, lib. ii. fo. liii.

Augures quot esse debebant & qualiter eorum numerus augebatur, lib. ii. fo. xci.

Augures a quo sunt primū statuti; & qualis eis a legibus fuerit data potestas; & quem in augurando ritum seruauerunt; & qualiter & quotupliciter auguria ex aurbus capiebantur, libro. ii. fo. vigesimosexto & vigesimoseptimo.

Augustus adoptiuus filius lulii rempub. primum post caesarem gubernauit; & imperium arripuit; & quid in illo sanxerit, lib. quarto, fo. c.

Augusti duo quando primum ceperunt esse rome, li. quarto, fol. centesimoseptimo.

Aurelius probus quid ante nactum imperium & quid post gesserit, libro quarto, fol. centesimoduodecimo.

Aulus vitelius qualiter imperium fuit adeptus et illud rexit, libro quarto, folio centesimotertio.

Aurelianus quis et qualiter imperii sumpsit habenas illasq. rexit et quid sanxerit, libro quarto, folio centesimoduos.

decimo:

Aureus numerus quando primum sculptus est rome et quibus notis, libro primo in capitulo de Seruo tullio, folio septimo.

Auspicia reipublice in quorum erunt potestate, libro secundo, folio quadragesimo quarto, et quando et quibus permisa sunt auspicia, folio quadragesimo septimo, in principio.

Auspicia quibus sunt permilla et an illa negligentes qualiter fuerunt afflicti, li. secundo, folio quadragesimo septimo.

Bella qualiter per quos & quando & in quos gerebant Romani, libro secundo, fo. xlv

Bonifacius octauus Philippo pulchro Gallorum regi infestus fuit & quales inter utrosque fuerint discordia, & bonifacij finis infaustus, de histo. pontifi. iur. libro vno, folio centesimo trigesimo primo.

Bonifacius octauus librum sextum decretalium confecit: de histo. pontifi. iur. libro vno, fo. cxxxi, & sibi ipsius Bonifacij octauus gesta.

C. Tarentillus legem tarentillam tulit de qua saepius inter plebem & patricos disceptatum est, libro secundo, folio decimo.

Cadauera in vrbe sepeliri an & qua lege prohibebantur libro secundo, fo. xliij, in fi.

Caius quos libros & quando scripserit, libro quinto, folio centesimo vigesimo sexto.

Caius cassius decem iuris ciuilis libros scripsit, libro quinto folio. cxxv

Caius Caesar Drusi fratris Tyberij nepos & germanici ex agrippina filius caligulae cognomen castrense loco trahens quid agent & statuent, libro quarto folio centesimo primo, & seq.

A ij

**Calistratus qui sub Alexandro floruit quos libros ediderit**  
lib. v. folio. cxxviii.

**Capitecensus quis dicatur .li. ij. fo. lxi.**

**Capra quibus dijs imolabatur & quibus caper. li. ij fo: xxij.**

**Carus Narbone genitus quid imperium adeptus: gesserit,**  
libro. iij. fo. cxij.

**Carinus cari filius post interfectum Numerianum fratrem**  
poetam non vulgarem qui dolo apri sui soceri imperiū volē  
tis occupare perierat: ipator fuit & quid gesserit. li. iij. fo. cxij.

**Cassius longinus qui ex equestri ordine ad praturam per-**  
uenit quare obcecatus / a Nerone interēptus fuerit, in histo.  
iur. ciui. lib. v. fo. cxxij

**Castrari mares quis prohibuerit & contrafacientis poena**  
libro. ij. folio. lxxij.

**Cælius sabinus cassij auditor quibus temporibus fuerit &**  
cuius authoritatis in hist. iur. ciui. li. v. fo. cxxiiij.

**Celsus quāte fuerit authoritatis: libros digestorum triginta**  
& quæstionum vnum & viginti scripsit. li. v. fol. cxxvij.

**Censores quādo sumperunt exordium & a quo & quid eos**  
decebat aut quale eorum erat officium. li. ij. fo. xxxix. & seq.

**Censores quis statuerit & quæ eis in repu. erat cura qualis sit**  
eorum admimistratio & potestas. lib. ij. fo. lvij.

**Christus quare pro deo non est habitus temporibus Tyberij**  
cum ipse id vellet & quis impatorū primo templa christo  
struxerit .li. ij. fo. xvi. & xvij.

**Christiana religio sub quo imperatore pullulare cœpit libro**  
ij. fol. xvij.

**Claudius e fratre Tyberij nepos: drusi & Anconia filius: Ca-**  
ligulae patruus quando imperauit quid gesserit statueritque  
libro. iij. fol. cij.

**Claudius qui alter Augustus & Antoninus pietate: quid ges-**  
serit quasue leges ediderit. lib. iij. fo. cxi.

**Clemens quintus librum clementinarum composuit. quē**

**Ioānes vigesimus eius successor edidit de histo. pontifi. iur:**  
libro vno fo. cxxix

**Clemens quintus a Roma in gallias sedem apostolicam**  
euocauit. quæ abi annis quattuor & septuaginta remansit  
de hist. ponti. iur. li. vno. fo. cxxix

**Clementinarum liber a quo condit & editur. de hist. ponti.**  
iur. li. vno. fo. cxxix

**Cognati an & quibus & quo iure succedant & post quos. li.**  
iij. fo. xcviij.

**Comitia quando prohibebantur & quare li. ij. fo. lxxix**

**Conubium patricijs cum plæbeijs qua lege prohibitū erat**  
& qua lege permissum & vtriusque ratio. li. ij. fo. lxxvij

**Constans qui nunquam spuisse dicitur qualiter imperium**  
rexit & quas ediderit leges. li. iij. fo. cxiiij

**Constantius qui in gallia hispanijs italia & africa imperas**  
uit: quid memorabile gesserit quasq; ediderit leges libro. iij  
folio. cxiiij

**Constantinus cōstantini filius qualiter & vbi imperauit. li.**  
iij. folio. cxiiij.

**Constantinus patre constantio; & matre helena in britan**  
nia. natus quid preclari imperator gesserit & quid ante; &  
quas ediderit leges. li. iij. fo. cxiiij. & seq.

**Constantinus imperator statuit vt in eligendo pontifice ne**  
cessaria non esset principis authoritas quæ olim erat requis  
sita. & qui imperatores illius sunt imitati sententiam. de his  
sto. iur. ponti. li. vno. fo. cxxviiij

**Consul ciuem romanum verberare aut necare q; non poss**  
set quis statuerit. li. ij. fo. ix

**Consul qualem in bello habebat potestatem. libro secundo**  
folio. xxxviij. & seq.

**Consul an poterat iterum & quando ad consulatum promo**  
ueri. li. ij. fo. xliij. in fi.

**Consules Romæ post exactos reges a populo statuuntur.**

A iij

quorum erat officium annale, libro secundo, fo. ix  
Consules quando sumpserunt exordium & qualis erat potestas & circa que, libro. ij. fo. xli.  
Consules Primi apud Romanos, L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius collatinus, lib. ij. fo. ix  
Consulatus quando incipiebat, & quid consules creatos debebat, li. ij. fo. ix  
Debitor creditori satisfacere qualiter compellatur etiam secundum leges antiquas, lib. ij. fo. lxxv. & lxxvi.  
Decem viri quando primum creati sunt & qui & quare fuerit eorum potestas; & circa quare, lib. ij. fo. lxxij.  
Decius bibali inferioris Pannoniæ vrbe natus quid ante natum imperium & quid post gesserit, libro quarto, folio centesimo vndecimo.  
Decimas veteres dijs suis dabant: & quibus legibus: & hodie quibus datur, libro secundo, fo. xvi  
Decretum præclara sanctorum, aliorumque dicta preceptaque complectitur, de histo. ponti. iuris, libro vno, folio centesimo trigesimo primo.  
Dij coli qui poterant impune & quibus legibus, libro secundo, folio, xvij, in li. & seq.  
Deos adire qualiter tubebant leges præce, libro secundo, folio quindecimo.  
Deos colere plures erat Romanis prohibitum & quibus legibus & quando illud poterat impune libro secundo, fo. xvi: ubi quare christus temporibus Thiberij non est pro deo receptus cum ipse Tyberius id affectaret:  
Deuouere quis & quando se poterat & ritus in illa deuotione obseruatus, li. ij. fo. xxvij.  
Dictator quis dicebatur & quale eius erat imperium & officium & circa que & a quo eligebatur, li. ij. fo. xliij  
Dictator quis primus e plæbe fuerit; & quis magister equitum; lib. ij. fo. lxxxij.

**D**idus Iulianus Sal. Iuliani iuriconsulti Clara Aemilia et  
Petronio didio Seuero genitus qui post adeptum imperium  
& quid ante gessit. lib. iiii. fo. cviiij

**D**ies profestus quotuplex est & quid illis diebus facere leges  
permittabant. lib. ij. fo. xx. & xxi.

**D**ioeletianus utroque parte ignobilis sabinis dalmatiae vrbe  
natus quid impator factus & quid ante gesserit. li. iiii. fo. cij

**D**ignitates precio vel dono aliquo adipisci quis prohibues  
rit. lib. ij. fo. lv

**D**ionisius siculus tyrannus regno est pulsus & litteras doce  
re coactus. quia pater fuerat sacrilegus & sua sacrilegia dis  
cutis iocosis protrahebat. li. ij. fol. xv. in fi.

**D**omitius labeo aristonis temporibus fecit librū epitoma  
tum & complures epistolarum scripsit. libro quinto. folio  
centesimo vigesimo quarto.

**D**omitius Vlpianus praefectus quos libros cuderit. & cuius  
temporibus libro. v. fo. cxxvij.

**D**omitianus Titi frater qualis in regūdo imperio fuerit lib:  
quarto. fo. cliv.

**D**ruydes qui sunt & a quibus ordinati & quid eos decebat.  
li. ij. fo. xxxvi

**D**ux belli pro victoria quid immolare debebat. lib. ij. fo. xv.

**D**ucem belli varia vota in bello ancipiti. libro secūdo folio  
xxvij. & xxvij.

**D**ucum in obsidenda vrbe ritus. li. ij. fo. xxvij.

**A**edilis curulis quis dicebatur quod erat eorum officium &  
circa quae & quotuplex erat edilis curulis genus. libro secun  
do. fo. xxxvij.

**A**edilius pertinax qualiter imperium est adeptus & quid ges  
serit quaeve leges ediderit li. iiii. fo. cvij

**A**emilius Papinianus praefectus praetorio Seuero impera  
tori & affinis & amicissimus iuris asylū quos libros scripse  
rit. lib. v. fo. cxxvi.

A iiii



Exequiæ qualiter in defunctum impendebantur libro secundo, fo. xxxiij

Extrauagantes a Ioanne, xxiij, bonifacio octauo/Benedicto Vndecimo & pluribus alijs fuit factum de histo. iur. pontifici, lib. vno, fo. cxxxi

Fabius sabinus sabinus filius consiliarius Alexandri imperatoris quos libros scripserit, li. v, fo. cxxvij

Familiæ herciscunde actio qua lege quibus & cõtra quos cõpetat, li. ij, fo. lix

Fœminas purpurea veste vti & aureis segmentis quis permiserit, li. ij, fo. x

Feriæ publicæ quotuplices sunt & quæ celebrabantur & quorum actuum cessationem inducebant libro secundo, folio xix, & xx

Feriæ in honorem sanctorum inducte an possint partium consensu tolli, & an ferie ob hominum vtilitatem, libro secundo, fo. xx

Feriæ priuatae an poterant per familiam introduci, & an cõlebantur, lib. ij, fo. xix

Feriæ per quas leges sint introducte: & quid operentur, libro secundo, fo. xix:

Festas quæ leges introduxerunt & quorum actuum cessationem exigant, & quotuplices sint, li. ij, fo. ix.

Fœciales qui dicebantur & quale erat eorum officium quid ve eos decebat, li. ij, fo. xxvij

Festi dies quibus legibus sunt introducti & a quibus negociationibus & actibus illis cessabatur, li. ij, fo. xix

Famines a quo instituti fuerunt & quotuplices & eorum officia libro. ij. fo. xxiiij

Florentius duodecim libros institutorum & quibus temporibus scripserit, li. v, fo. cxxvij.

Frugibus alienis nocens per incantationes seu aljs qualiter puniatur, li. ij, fo. lxviij

Frugum appellatione quid vehat, libro secundo, fo. lxxx.  
Funeris oratio a quo fuit adinuenta & quibus permittebatur, li. ij, fo. xxxv.

Funeris sumptus qualis fuit & quis circa illum modus & per quem debeat, & quid funeris sumptus appellatione veniat, libro secundo fo. xxxvi.

Fur qualiter & quibus legibus punitur, libro secundo, folio xliij, vbi & de fure manifesto & de occulto sancitum est.

Fur manifestus qualiter secundum ius civile & qualiter iure pretorio puniatur, li. iij, fo. xcviij.

Furtum quid sit, quotuplexque, & qualiter puniatur, & apud quos non, libro secundo, folio, lxxvi, & ibi quando possit viciari.

Galba quando vbi & quanto tempore imperauit & quid gessit, libro quarto, fo. ciiij.

Galerius Imperator qui in illyrico / gracia / & oriēte primū: exin in italia & africa; quid memorabile gesserit libro, quarto, fo. cxliij.

Galienus licini valeriani filius imperium capto patre a Persis administrauit & quid in illius administratione gesserit, libro quarto, fo. cxi.

Gallus trebonianus cuius proditione decius, vt voluerunt nonnulli: in voragine paludis perierat, quid imperator factus gesserit, li. iij, fo. cxi.

Glandem legere quis phobisauerit & qualiter contraueniens puniatur, li. ij, fo. lxxix.

Gordianus senex quando imperium sumpsit quando secundus & tertius; & quid memorabile gesserint, libro quarto, folio, cx.

Gregorius nonus, librum decretalium per Raymundum sub congruis titulis redegit & suas constitutiones illi volumini adiecit, de histo. pontifi. iur. libro vno, folio centesimo trigesimo.

Guelphorum & gebellinorum factio quibus temporibus &  
quare orta est de hysto. iur. libro vno. folio. cxxx

Heres suus & necessarius etiam inuitus est heres sicut ab in-  
testat o ex lege. xij. tabularum libro. ij. fo. lxx

Heredes qui dicantur: qui sui & qui necessarij. & quis in here-  
ditate praeferatur. li. ij. fo. vij

Heredes sunt filius filia nepos neptisue. & deinceps caete-  
ri liberi qui in potestate mortetium liberorum fuerunt & pri-  
mum locum obtinent. & quando & quibus succedant. libro  
secundo. fo. lvij.

Heredum institutio a cuius legibus sumpsit exordium. libro  
ij. fo. xij.

Herennius modestinus Papiniani discipulus maximi iu-  
nioris preceptor quos libros & quibus temporibus scripse-  
rit lib. v. fo. cxxvij

Hermogenianus sub Alexandro principe iuris scientiam  
professus lex iuris epitomarum libros reliquit. libro. v. folio  
cxxvij.

Hostis appellatione quis veniat. li. ij. fo. lxxi.

Hostia quid sit & quid victima & in quo differat inuicē. libro  
secundo. folio. xxij.

Hostiarum genera quot sint & que cuiq; diuo secundum le-  
ges permittebantur. li. ij. fo. xxij.

Iabolenus iurifconsultus quo auctore est vsus Antonius  
pius quot & in quibus libros scripserit. libro quinto folio cē-  
tesimo vigesimo quinto.

Impensas & sumptus quae leges taxauerunt. libro secundo.  
fo. lxxix. & lxxx

Imperator coli & adorari an permittebant leges & quis pri-  
mus eorum fuit consecratus libro secundo. folio decimo se-  
ptimo. & decimo octauo.

Imperator exercitus quis dicebatur. & qualem habebat po-  
testatem. li. ij. fo. xxxvij

Imperatores adorare Diocletianus primus imperatorum  
statuit, li. iij. fol. cxij

Imperatores quando Romæ cœperūt regnare & qualis erat  
ipsorum authoritas, & an poterant legem condere, libro  
quarto, fo. xcix

Incestus quibus legibus & qualiter puniebantur, libro secū  
do, folio. xxxi

Iniuria illata in personam liberi hominis qualiter puniebas  
tur, lib. ij. fo. xi

Iniuria atrox quæ dicatur & qualiter & ad quid attendatur,  
li. ij. folio. xij

Iubileus annus quinquagesimo quoque anno per clemens  
tem celebrari statuit & quare, de hist. pontifi. iuris libro vno  
folio. cxxxii.

Iudex vel arbiter venialem sententiam ferens qualiter per le  
ges. xij. tabularum puniebatur, & qualiter qui per imprudē  
tiam male iudicabat, li. ij. fo. lxxij

Iudicio sistere qui conuenit ad quid & quando teneatur, li  
bro. ij. fo. lxx. & seq.

Iulianus qui apostata est denominatus patre constantio &  
matre basilina genitus constantinopoli qualiter imperauit, li  
bro. iij. fo. cxiiij

Iulius iubentius celsus, xxxix. digestorum & institutionum  
viginti tridecim epistolarum libros edidit & cuius temporis  
bus, li. v. fo. cxxiiij

Iulius viginti constitutionum libros scripsit & quibus tem  
poribus, libro quinto, in capl. de hermogéniano, folio cen  
tesimo vigesimo septimo.

Iulius Cæsar, per quos dignitatis gradus ad imperium aspi  
rauerit & illud occupauerit & quid in illo statuerit, libro. iij.  
folio. c.

Iulius Paulus, prætor primum & post cōsul sub quibus prin  
cipibus fuerit & quæ ediderit, li. v. fo. cxxvi

Iureconfulti an & qui hiftoriam; & qui carmina fcripferunt;  
libro. v. in capite de atriano. fo. cxxiij

Ius pontificium feu canonicum a quibus manarit; de hifto;  
iuris pōtifi. libro vno. fo. cxxvij

Iufticia quid fit & quotuplex eft & an & quæ ab alijs fit dī;  
ftincta virtutibus fpecie, an ne etiam aliæ virtutes ei cedāt;  
libro primo. fo. iij

Iuftinianus Thrax vtroq; parente ignobilis qualē fe; in impe  
rio exhibuit. li. iij. fo. cxvij

Iuftinianus legumlator qualis & quantus in actibus & legis  
bus ferendis fuerit; libro quarto. folio centefimo decimo  
oçtauo & feq.

Iuuenius quibus dijs immolabatur. libro fecundo. folio vi  
gefimo tertio.

Labeonis antiftij laus; & quantum in iure valuerit aut fcri  
pferit. li. ij. fo. lxxij.

Legatus belli quis dicebatur; & quid eum decebat. libro fe  
cundo. folio. xxxvij.

Leo qualiter imperauit & vbi & quæ leges ediderit. libro  
quarto. folio. cxvij

Leſſus lamentatio et lugubris euſlatio eft non veſtiſ; lugu  
bris vt voluerūt aliqui libro. ij. fo. lxxij.

Lex apuleia quam Apuleius tulit læſæ maieltatis vitio ob  
noxios punit. li. ij. fo. lxxix

Lex calphurnia quam G. Calphurnius piſo tulit ambitum  
punit. lib. ij. fo. lxxxix

Lex fauia ſumptibus & impenſis faciendis ordinem po  
nit. lib. ij. fo. lxxx.

Lex didia Fauiam legem interpretata eft: ſtatuens vt tota  
Italia non ſola vbrs ſumptuaria lege teneretur. li. ij. fo. lxxx

Lex licinia quam P. Licinius conſul tulit de eadem ferme  
rebus q; dñs ſupra proxime poſitæ leges certis tamē addi  
tis facta eſt libro. ij. fo. lxxx.

**Lex Satyra** vno rogatu multa cōprehendit, lib. ij. fo. lxxviij.  
**Lex scatinia** quam, P. Scatinus tulit puerorū concubitores  
 punit & qualiter, lib. ij. fo. lxxviij.  
**Lex agraria** quo authore lata fuit & cuius erat effectus li. ij. f. xj.  
**Lex Clodia** quam, P. Clodius plæbis tribunus tulit quid ius  
 beat, li. ij. fo. lxxxix.  
**Lex futurū tēpus** respicit nō autē præteritū, li. ij. fo. lxxxviij.  
**Lex cornelia** in falsarios/falsos testes & homicidas animad  
 uertit, li. ij. fo. lxxxj  
**Lex aurelia** quam aurelius cotta prætor tulit quid cōtineat  
 lib. ij. fo. lxxxj,  
**Lex agraria** quā gracchus tulit quid statuatur, li. ij. fo. lxxxviij.  
**Lex de suffragijs** a quo fuerit lata & ad quid, lib. ij. fo. xlviij.  
 & qualiter fiant fo. xlix.  
**Lex de arboribus** cædendis a quo fuit lata & contra quos  
 lib. ij. fo. lxxv.  
**Lex iulia** maiestatis qualis erat & in quos animaduvertebat  
 lib. ij. fo. lxxij.  
**Lex icilia** & duillia quam icilius & M. duillius tulerūt de qui  
 bus est negocijs sancita, li. ij. fo. lxxxiiij.  
**Lex canuleia** quam, C. canuleius tribunus plæbis tulit legi  
 xij. tabularum quæ connubium plæbi cum patribus prohibe  
 bat abrogauit, li. ij. fo. lxxxv.  
**Lex est** quod populus Ro. senatorio magistratu veluti cons  
 sule interrogante statuit, lib. ij. fo. lxxvij.  
**Lex eliescentia** heredum institutionem & libertatis datioñē  
 angustauit, li. ij. fo. lxxxiiij.  
**Lex oguinia** sacerdotiū promiscuū esse voluit & quid aliud  
 statuerit, li. ij. fo. xc. & seq.  
**Lex iulia** adulterū cum filia deprehensum occidere pmittebat  
 si filia in patris erat potestate, lib. ij. fo. xij. in fi.  
**Lex genutia** quā, L. genutius tulit foenus & alia plura prohibe  
 bat, lib. ij. fo. lxxxv.

Lex valeria & horatia: quā, L. Valerius & M. Horatius: consules creati tulerunt ad quid fuit lata libro. ij. fo. lxxv.

Lex orchia quam, C. orchius tulit cōsuarū numerus & conuiuan di formam dabat, lib. ij. fo. lxxxvi.

Lex atinia quid statuerit seruandum, lib. ij. fo. lxxxvij

Lex horatia quid statuerit, lib. ij. fo. lxxxvij.

Lex mamilia quam mamilius plæbis tribunus tulit quid sanciat, lib. ij. fo. xc.

Lex manlia quam Manlius tribunus plæbis statuit quid ius beat & an plæbiscitū possit appellari, lib. ij. fo. xci

Lex falcidia quam Caius falcidius plæbis tribunus affrenata testatorum legata coercens quibus temporibus est induscta, lib. ij. fo. xcij.

Lex aquilia quam Aquilius plæbis tribunus tulit quid continet, lib. ij. fo. xcij

Lex iulia devi publica deportatione punit deprehensos in vi armata, &c.

Lex iulia de vi priuata vim sine armis committentes amissione tertie partis bonorum suorum mulctat &c.

Lex iulia peculatus reo peculatus & igni interdicit, libro. ij. folio. lxxxij

Lex licinia quæpiam plusq̄ quinquaginta agri iugera possideri prohibebat & alia multa, li. ij. fo. lxxxv.

Lex iaretina quare fuerit introducta, li. ij. fo. lxxxvij.

Lex iulia repetundarum a quo & contra quos effluxit libro. ij. folio. lvi

Lex Papiæ Pompeiæ quam sub Octauiō Cæsare Papius & Pompeius suspecti consules tulerunt quid continet & circa que sanxita fuerint, libro. ij. fo. octuagesimo secundo & seq.

Lex Roscia quam, L. Roscius otto consul tulit ordinem spectandi in theatro tribuit lib. ij. folio octuagesimo primo.

Lex cinthia quam Cinthius tulit de salariis patronorum statuit in quo consistere possit, libro secundo, folio. lxxxvij.

Lex acilia quam, M. acilius glabrio de repetundis pecunijs  
statuit contra quos habeat locum libro secundo, fo. lxxvij.

Lex papia ad quid fuerit per Papium cōsulē introducta : vbi  
supra folio eodem.

Lex latoria quam, Q. latorius cōtra circūuenientes adules  
cētes statuit quando locum habent, vbi supra.

Lex licinia & mutia per, P. Licinium crassum oratorem: &  
Q. Mutiū Scauolā de ciuibus regēdis est inducta vbi supra.

Lex papia circa quæ fuerit lata, li. ij, fo. lxxvij. & lxxviij

Legem iuliam, C. Iulius Cæsar siue vt Vlpianus & Tranquil  
lus in vita Cæsarum Augustus tulit, contra adulteros, libro  
secundo fo. lxxxij

Legem valeriam Martius Valerius de prouocatione tulit,  
libro secundo fo. lxxvi.

Legem Pompeiam Gneus Pompeius tulit & quare, libro  
secundo, fo. lxxvi.

Legem fabiam Fabius tulit & quare li. ij, fo. lxxvi.

Legem annariam quæ statuit quotum annū debeat habere  
qui magistratum capit, quis tulerit eamque quis abrogauit,  
libro secundo, fo. lxxvi

Legem Aemiliam Mamercus Aemilius dictator quare tulit  
& quandiu valuit, li. ij, fo. lxxv

Legem Papyriam quare, L. papius tulit lib. ij, fo. lxxv

Legem manliam quare Gn. Manlius, li. ij, fo. lxxv

Legem valeriam quare, M. Valerius tulit, li. ij, fo. lxxv

Legem petiliam quare & de quibus, C. Petilius, & L. Papy  
rius magister tulerunt, libro secundo, fo. lxxvi

Lege Aelia & fusia quid fuerit sancitū, li. ij, fo. lxxxviij

Lege, othonia Otho tribunus plæbis sancijt cum de admit  
tendis vel non in spectaculis cernendis equitibus in, xiiij,  
gradu libro secundo, fo. xc.

Lege attilia quæ, L. Attilius, & Clodius martius tribuni plæ  
bis tulerūt quid erat sancitum, libro secundo, fol. lxxxvi.



Lege Claudia quam, Q. Claudius plebis tribuni tulit senator eiusque pater nauim maritimam plus trecetaro amphoraru prohibebatur habere. li. ij. fo. lxxxvi.

Lege voconia a Voconio lata quod erat sancitum li. ij. fo. lxxxvi.

Lege oppia, M. oppius & T. Romuleius tribuni plebis prohibuerunt mulieres veste varij coloris vti/plusque semuncia auri habere/plus vncia in auribus appendere/ornatum suu perfluu habere & vehiculo in vrbe oppidove aut propius inde nisi sacrificij publici gratia vehi; & quando sit illa lex & a quibus abrogata lib. ij. fo. lxxxvi.

Lege plotia, M. Plotus quid statuerit li. ij. fo. lxxxvi.

Lege hortensia, Q. hortensius dictator statuit ut patricii et omnes romani eo iure vterentur quod plebs statuisset, libro ii. folio. lxxviii.

Leges posteriores ad priores pertinent et non contra, libro ii. folio. lxxiii.

Leges publicas, P. philo ducator tulit & quare, li. ii. fo. lxxvi.

Leges duodecim tabularum populus ro. per suas & agustas uit & auxit & in quibus, li. ii. fo. lxxiiii.

Leges qualiter promulgabant & quis modus obseruabatur, libro secundo, fo. lxxiiii.

Leges duodecim tabularu pueri olim ut carmen necessarium discerent li. ii. fo. lxxiiii. & vnde habuerunt incrementum paulo post, & fo. seq.

Leges solonis & grecorum alie quando romam fuerunt allatae libro secundo, fo. x.

Leges apuleiae quas, L. apuleius tulit quid sanctiatur, li. ii. fo. lxx.

Leges corneliae quas cornelius consul tulit de quibus & contra quos factae fuerunt, li. ii. fo. lxxxi.

Leges cassiae quid statuunt & contra quos, li. ii. fol. lxxxi.

Leges a lacedaemoniis posthumus camerinus & Malius romam detulerunt & quales fuerunt an scripte ut atheniensium, libro secundo, fo. xliii.

Leges per dissuetudinem tacito populi consensu tolli quae  
statuerit & quis ecōtra, li. ij. fo. lxxij

Leges gracchorum quid sanxerint & circa quae, libro secun-  
do, fo. lxxxvij.

Leges triumphandi a quibus fuerint introductae & quan-  
do ille perierint, li. ij. fo. lxxxix

Leges pōpeie quas Gneus Pompeius magnus tulit circa  
quid latae fuerunt, li. ij. fo. lxxxij

Legum condendarum potestas a populo ad senatum trāsijt  
libro. ij. fo. lxxliij

Legitimus infans quando dicatur & possit nasci, libro secū-  
do, folio. lx

Liber decretalium a Raymundo iussu Gregorij, ix. pontifi-  
maximi fit, de histo. pontifi. iuris, libro, vno, fol. cxxx

Liberto quis succedat & qualiter, li. ij. fo. lxxvij

Licinius Valerianus in bello quod in mesopotamia gere-  
bat a sapore persarum rege captus ignobili seruitute (regi  
enim equum ascendere volenti incuruatus seruiebat) conse-  
nuit, li. iij. fo. cxi.

Lucius tarquinius regnum Seruio occiso occupauit & quas  
leges ediderit, & quae facta, & illius acta & exitus, libro pri-  
mo, folio, vij

Luci in quibus dijs sacrificaretur an & quibus legibus per-  
mittebantur, libro secundo, folio, xvij, vbi an & quando suc-  
cidi poterant.

Ludus scēnicus a quo fuerit adinuentus & ad quid & qualiter  
fiebat, li. ij. fol. xxxi.

Ludus publicus cuius legibus est statutus, & qualiter fiebat  
& quando, li. ij. fol. xxxi

Licurgus legislator apud Lacedemonios statuit ne ipsi legi-  
bus scriptis vterentur libro. ij. fo. xliij.

Macer duos libros militarium composuit publicorū duos  
de officio praesidis duos, icaston duos & duos, libros de ap-

B

pellationibus, li. v. fo. cxxvi

Macedonianum senatusconsultum quare & quomodo fuerit  
introducendum, li. iij. fol. xciiij. in fi.

Macrinus imperij habenas qualiter rexit, & quas ediderit  
leges, lib. iij. fo. cix.

Magicas artes exercentes & incantatores qualiter puniantur,  
libro. ij. fo. lxxvij.

Magistratus eiusdem repetitio an & quando erat permessa, li  
bro. ij. fo. xliij. in fi. & folio. xliij

Magistratus quale iusiurandum præstent & qualiter illius  
transgressores puniantur, libro. ij. fol. lv

Magistratus a quo fuerint ordinati, & an par in parem possit  
habere imperium, libro. ij. fol. xxxvij

Magistratus plures in exercitu habere an poterant Romani  
& eorum nomina ac potestas, lib. ij. fo. xxxvij

Magistratu priuatus ad aliū aspirare lege gracchorū prohibetur,  
lib. ij. fol. lxxxvij.

Manes sacrificijs placare quis statuerit, & an manium iura  
violari debeant, libro secundo, folio trigesimo tertio, & seq.  
& ibi an dñj sint:

Marcellus iurisconsultus celeberrimus cuius fuerit temporibus  
& quæ & in quibus scripserit, li. v. fo. cxxij

Marcus antoninus philosophus a philosophia quam diligentissime  
colebat denominatus imperator factus quid gesserit & quas ediderit  
leges, li. iij. fol. cvi. & seq.

Marcus annius florianus taciti frater quid post adeptum imperium  
gesserit lib. iij. fo. cxij.

Martius uxorem in adulterio deprehensam an & cuius legibus  
occidere possit, libro. ij. fo. xij

Mar. Iul. Philippus obscurus parentibus primus omnium  
imperatorum christianus quid gesserit memorabile, libro.  
iij. fo. cx. & seq.

Martianus sex libros ad leges composuit, libro. v. fol. cxxij

Martianus qualiter imperavit & ubi quasque leges condiderit, lib. iiii. fo. lxxvij

Martianus qui a dido imperatore iussus fuerat occidi eus dēs fuit de consilio Alexandri imperatoris quot libros & quales scripserit, li. v. fo. cxxiiij

Maximus scripsit ad legē falcidiam in capi. de Papirio frontone, lib. v. fo. cxxliij

Maximinus patre & matre barbarus post habita senatus auctoritate imperator quid gesserit, libro, liij. fo. cx

Menander libros militarium quattuor scripsit & quibus temporibus, li. v. fo. l. cxxv

Militiæ contineriā qualis esse debeat, libro secundo, folio trigesimo octavo,

Militaris disciplina quanto in precio ac cultu fuerit apud Ro. duces, li. ij. fo. xliij

Mulier testificari qua lege prohibebatur & quando libro secundo, nume. lxxvij

Mulier virum defunctum lamentari an debeat & an indui lugubri veste, li. ij. fo. lxxij

Mulieres genas radere lege, xij. tabularum est prohibitū, & qualiter id sit intelligendum, lib. ij. fo. lxxij

Mulieres Cereri sacra faciebāt & quæ ab eis prohibebātur, lib. ij. fo. l. xxxi

Mulieres solæ nocturna sacrificia facere qua lege prohibebātur, li. ij. fo. l. xxx

Neratius priscus qui consulatum cum Antonio gessit cuius fuerit estimationis & quæ & quot volumina scripserit, lib. v. fo. l. cxxiiij

Nero Claudij pronepos & filius, adoptivus quando imperium sumpsit & quid in eo gesserit aut statuerit, lib. liij. fo. ciiij

Nerva filius quibus temporibus fuerit quos libros ediderit & quantum in iure valuerit etiam inuenis in hīsto. iuris civilis, li. v. fo. cxxiiij

Nerua cocceus quando & qualiter p̄fuit imperio, libro quarto, folio, ciiij

Numa Pompilius pomponij filius sacrorum rituum institutor, Ro. rex secūdus, quas leges tulerit & quae tuerint eius gesta, libro primo, fol. v

Numa Pompilius diuini cultus religionem & institutionē in octo diuisit partes, in Curiones scilicet flamines; Celerū duces; Augures; Virgines Vestales; Salios; Fœciales & pontifices, & quid quēq; decebat, li. ij, fol. xxiiij

Nummus quare fuit adinuentus & qualiter ante illum mercabatur, libro primo in capi. de Seruio tullio, fo. vij

Nummus argenteus quādo primum cuditur Romae & quādo aureus, in capi. de Seruio tullio, libro primo, folio sexto & septimo.

Nummus aereus primum ab Iano rege in Italiam quando euditur, & quando Romae in cap. de seruio tullio, libro primo, vbi qualiter signabatur & quare modus sculpendi, & effigiei variatus est, fol. vi

Nummus a quo primū permissus fuit & cuius in hoc exigat authoritas, li. iij, fol. xciiij

Otho, L. othone & Albia genitus quando & qualiter impetravit, li. iij, fo. ciiij

Otho imperator Ro. ius eligendi pontificē a clero populoque Ro. ad se & suis sequaces retraxit & qui imperatores fuerunt imitati, de histo. pontifi. iuris, libro vno, folio centesimo trigesimo.

Ouis Ioui immolabatur, vnde edulis dicta est, libro secūdo, folio, xxiiij

Papirius fronto quattuor responforum libros composuit, libro quinto, fo. cxxvi

Parricida & qui parentis aut filij fata clam palamue preparauerint, L. pompeia puniuntur, & qualiter & quis primus omnium parricidarū eā poenā sustinuerit, li. ij, fo. lxxxij

Pater filium vendere an & quibus legibus poterat, libro secundo, fo. xv

Pater filium vendere cuius permissione possit, libro secundo folio, lxiij

Pauperis causam quis dicere debet & quis diuitis, libro secundo, folio, lx.

Pestis decēnalis per vnīuersum orbem galli Treboniani imperatoris; vsentiūt quidā sceleribus vagata tunc finem accepit quādo alius a senatu est imperator declaratus, libro quarto, folio centesimovndecimo.

Petrus apostolus primus pontifex maximus christianus quid sanxerit in ecclesia, de histo. pontifi. iuris, libro vno, folio, cxxviiij

Plæbiscita vnde & quare ortum habuerunt & pro quibus manant, & quæ dicantur esse plæbiscita; & quod plæbiscito restrictæ fuerunt aliquæ ex legibus duodecim tabularum, li. ij folio, lxxxiiij, & lxxxiiiij.

Pomponius quot & que volumina scripserit & de quibus rebus et cuius temporibus, libro quinto, folio, centesimovigesimo quinto.

Pontifex maximus primus quis fuerit & a quo creatus, de histo. pontifi. iuris, libro vno, folio centesimo vigesimo septimo, & ibi qualis erat & quanta ipsius pontifi. maximi potestas.

Pontifex maximus christianus primū a christo statuitur, de histo. ponti. iuris, libro vno, fo. cxxviiij, & qualē habuerit ab eo potestatem, ibidem.

Pontifices maximos quis adinuenerit, libro secundo, fo. xci, & ibi an Ro. ponti. hodierno cōueniat.

Pontificatum maximum aliquando gesserunt imperatores de histo. ponti. iur. li. vno, fo. cxxviiij

Porca cereri immolabat, li. ij, & ibi quod prima fuit hostia; caper secunda, fo. xxiiij.

B iiij

Præsides & magistratus munus donūve capere quis prohibuerit. & quid possit impune præsides accipere. libro secundo folio quinquagesimo quinto.

Prætorium ius quod dicatur esse. li. iij. fo. xcvij. & an corrigat ius ciuile. ibidem.

Prætor quis dicebatur & an exercitui intererat & qualē habebat potestatem. li. ij. fo. xxxvij

Prætor quādo sumpsit exordiū & circa quē versabatur eius arbitrium & potestas. li. ij. fo. xli

Prætores an fuerunt per aduentum imperatorum sublatis & quale erat eorum officium authoritasque & apparatus & quis fuerit primus prætor. libro. iij. fo. xcviij

Prætores quot fuerunt & quæ decebat quēque libro tertio. folio nonagesimo septimo.

Prætorum edicta quæ perpetua & quæ non fuerunt. li. iij. folio. xcviij.

Prætorum edicta quando & per quos & circa quæ manarūt. li. iij. folio. xcvij

Proletarius quis dicatur. li. ij. fo. lxi

Proculus qua fuerit tempestate & cuius fuerit authoritatis. in histo. iuris ciuilib. libro quinto. folio centesimo vigesimo secūdo.

Publius furius antonius pater quinq; libros edicti composuit. libro quinto. in capite de publi. frontone. folio centesimo movigesimo quarto.

Puerorum concubitor qualiter puniatur. libro secundo. folio. lxxvij. & seq.

Pupillus apud quem educare debeat. libro secundo folio decimo quarto.

Quæstor quis dicatur & qualis sit eius potestas & officium. & quis possit quæstor esse. libro secundo. fo. l. & li.

Quadrupes qui pauperie facit qualiter & cuius legibus punitur. li. ij. fo. xij

Quintus saturnius decem libros ad edictū reliquit. libro  
v. fol. cxxvi

Raptor virginis quibus legibus & qualiter punitur. libro. ij.  
folio. xij

Regia respublica quæ dicatur. lib. i. fo. iij

Religio apud Romanos & eorū duces quāto in precio fuit.  
li. ij. folio. xxv iij

Religionis violatæ poena qualis erat; & qui ob eam spretā  
aut violatam afflicti fuerunt. li. ij. fo. xxxiij

Reipublicæ triplex est species regia scilicet Aristocratia &  
Timocratia. li. i. fo. iij

Remus romuli frater quod contra fratris imperium vallum  
transcēdisset a fabio celere centurione rastro occiditur. libro  
primo. fo. iij

Repudiatio vxoris propter adulterium qua lege permiffa  
est. & an propter suspicionem adulteri. libro secundo. folio  
duodecimo.

Responsa prudentum quando primum qualiter fiebant. &  
per quos quāve authoritatem obtinebant. lib. quarto. folio  
cxix. & seq.

Rex quis dicatur. & quis tyrannus. & in quo differant inuicē  
li. primo. folio. iij

Romani ante omnes iusticia claruerunt. li. i. fo. iij

Romulus quas leges factus rex Romanus tulerit. li. primo  
folio quarto.

Romulus Rheæ siluiæ & martis cū Remo natus a lupa pri  
mum; mox ab Acca Laurentia faustuli pastoris Amulio in  
terfecto regnum auo Numitori restituerunt & coacta pasto  
rum manu urbem condiderunt quā Romulus vulturum au  
gurio victor Romam appellauit. & illius Romuli gesta lib.  
primo. fo. iij

Sacerdos qualis debeat esse. libro secūdo. folio trigesimo se  
cundo & trigesimo tertio.

B iij



Sacerdotes pecuniam sumere an & qua lege prohibebantur  
li. ij. fo. xxxij

Sacerdotes armorum a quo fuerunt ordinati & ad quid. li.  
ij. fol. xxi

Sacerdos qualiter sacrificaturus debet se p̄parare. libro secū  
do. folio. xv

Sacerdotium gentilitium quale sit & quibus permissum. lib.  
ij. fol. xix

Sacra superis diuis & qualiter inferis fiebant. libro secundo  
folio. xvi

Sacrilegus qualiter punitur. & quis dicatur esse sacri legis. li  
bro. ij. fo. xxxi

Salij qui sunt & a quo fuerint introducti & quod sit eorum  
officiū dixi supra in ver. Numa. & de hoc libro secūdo. folio  
trigesimo sexto.

Saluius Iulianus vrbis p̄fectus et bis consul didij Iuliani  
qui post pertinacem imperauit proauus. quid in iure ediderit. li. v. fo. cxxiij

Seditio ciuium qualiter et per quas leges punitur. li. secun  
do. folio. xiiij. in fi.

Seditio qualiter et quibus legibus puniebatur. libro secun  
do. folio. liij

Senatus an & quid ex seipso poterat. libro secundo. folio  
quinguesimo secundo.

Senatus legem condendi potestatem nō perdidit per legem  
regiam. li. iij. fo. xciiij

Senatusconsultum qualiter fiebat et cuius erat roboris & cir  
ca quæ. li. iij. fo. xciiij. et quando cæperit primū. folio nona  
gesimo quarto.

Senatuscōsultum quo interrogante & vbi fiebat & per quos  
ac de quibus negocijs. li. iij. fo. xciiij. xcvi. & seq. & ibi in  
folio. xcvi. in fi. an deroget legibus prioribus.

Senatorius ordo a quo statutus est & qualis erat senatus po

testas; & quantus erat senatorū numerus; qualeſq; ad id mu-  
nus obeundum eligerentur. li. ij. fol. xlvij

Sententia pecunia lata tanq̄ venalis est nulla. li. secundo.  
folio. lv.

Sententiarum rogandarum quis ordo ſeruabatur. li. tertio.  
folio. xcv. & ſeq.

Sepeliri in vrbe & intra urbem lex chriſtianorum nō prohibet. li. ij. folio. xv

Sepulchri violator qualiter & quibus legibus puniebatur.  
li. ij. folio. xxxv

Sepulchra ſeu monumenta facere & aſcia polire quis prohibuerit. li. ij. fol. xl

Septimius ſeuerus qualiter imperium adeptus eſt. & rexit  
& quid ſanxierit. li. iij. fol. cvij

Serbidius ſcauola iuriſperitiſſimus quo uſus eſt. M. Anto-  
philophus imperator in iuribus dictandis præceptor Pa-  
piniani & Seueri qui poſt Iulianum imperio præfuerūt quæ  
ſcripſerit. li. v. fol. cxxij

Seruius tullius Tarquinij præſci gener Tullij Corniculani &  
ocretia captiua filius regnū opa Tanaquilis ſocrus adeptus  
quid egerit; quas leges excuderit. & eius exitus. libro primo.  
folio ſexto.

Sextus pedius quos libros & ſub quibus ſcripſerit. libro quin-  
to. folio. cxxvi.

Sextus Cæcilius iureconſultus qui cum Phauorino philoſo-  
pho de legibus. xij. tab. diſceptauit; quos libros & cuius tem-  
poribus ſcripſerit. li. v. fol. cxxiij

Symiamira Heliogabali imperatoris mater ſenatuſconſul-  
ta de legibus matronarum fecit & quid contineat. libro. iij  
folio. cix

Sindicatum quo iudices poſt depositum officium tenen-  
tur quis aduenit & introduxit. li. ij. fo. lvij

Sonticus morbus qui & perpetuus quid operetur. li. ij. fo. lxx

Solonts leges quas ex athenis. SP. Posthumius albus. P. Sulpitius camerinus & A. manilius legati Romam attulerunt. & quid fanciebant. li. ij. fol. x

Statuliber an & qua lege quauē conditione vendi queat. lib. ij. folio . cxxij

Suffragia in reo damnando an debeant adhiberi lege. li. ij. folio. xlix

Suffragia emi quis prohibuit & qualiter illa emens puniatur li. ij. folio. lvi

Suphus duos libros quaestionum scripsit in cap. de Saturnis no. li. v. fol. cxxvij

Supplicationes cuius autoritate & pro quibus fiebant. lib. ij folio. xxvij

Taruntius paternus militarium quattuor libros edidit. lib. v. folio. cxxiij

Tarquinius priscus demarathi corinthij filius ex tutore regio rex factus quid egerit quasue leges ediderit: & illius exitus. li. primo. fol. lxxij

Tallia qua lege fuit introducta & ad quid & in quos habebat locum & quando. li. ij. fol. vi

Taurus Neptuno & Apollini immolabatur. li. ij. fo. xxij

Teli appellatione quid veniat. li. ij. fol. xij

Templa & delubra in quibus locis strui possint: & quibus legibus. li. ij. folio. xvij

Terentius clemens libros ad leges viginti composuit: & cuius temporibus. li. v. folio. cxxij

Termini seu fines per quem fuerint adiuuenti: & ad quid: & qualiter illorum violatores puniantur. libro secundo. folio sexagesimonono.

Tertulianus consul a quo senatusconsult. tertulianum libros quattuor quaestionum & de castrensi peculio vnum composuit & cuius temporibus. li. v. fo. cxxij

Testamentorum genera quot sint et qualiter et quibus ac

quando sint permiffa .li. ij. fol. lxxij

Testis falſus qualiter olim: & qualiter hodie puniatur . libro ij. folio. lxxij

Testis pecunia corruptus qualiter puniatur. li. ij. fo. lxxv

Testimonium ferre qui prohibeantur. tam in civilibus quã criminalibus cauſis. li. ij. fo. lxxi

Theodoſius hiſpanus genere patre theodoſio & matre themantia natus qualiter imperauit & quas ediderit leges. lib. iij. fo. xv. & ſeq.

Theodoſius iunior imperator ubi & quid memorabile geſſerit quaſue leges ediderit. libro quarto. folio centefimo decimo ſexto.

Tiberius Cæſar Auguſti gener adoptiuuſque filius imperiũ diſſimulatione diu requiſitum ſenatus precibus aſſumpſit. illuſque geſta ac leges. li. iij. fo. ci.

Tignum an & qualiter alienis permittatur adibus iungi. li. ij. fo. lxxj. & ſeq.

Timocrazia quid ſit. libro primo. & ibi a quibus ſtatuatur. folio tertio.

Titus aurelius Antoninus Pij cognomẽ a clementia & probitate qui ſumpſit quid imperator & quid ante fecerit. & quã fanxerit. libro quarto. fol. cvi

Titus veſpaſiani filius qualiter imperium adminiſtrauit. li. quarto. fo. ciiij

Trebellianum ſenatuſcõſultum cuius temporibus & quare fuit introductum & per quem. libro tertio. folio nonageſimo tertio.

Tribunus quis dicebatur & quotuplex erat illorũ genus. & quale officium. libro ſecundo. folio. xxxviiij

Tribuniplæbis poteſtas qualis erat & quale eius officium. & quis & cuius ordinis eſſe poterat. libro ſecundo. folio quadragefimo ſexto.

Triphonius quibus temporibus floruerit & quã ſcripſerit. li.

v. in capi. de florentino. fol. cxxv

Triumphus quibus & quando permittebatur, & qualiter fiebat. li. ij. fo. xxvlij.

Triumphus quando & quibus ac per quas leges fuerit permissus. li. ij. fo. lxxxix

Triumphus quando primum sine autoritate senatus est concessus. li. ij. fol. lxxxiiij

Tropheus quibus & pro quibus rebus dabatur. li. ij. fo. xxvij

Tullus hostilius ab Romulo rex tertius, & quas leges ediderit quidue peregerit. li. i. fol. v.

Tutela quid sit quibusq; & per quos decernatur. li. ij. fo. lvij. vbi quotuplex est tutela.

Tutor quis possit eē & an substituti & substituti qui successionem sperant. li. ij. fo. xiiij

Tutores & curatores pupilli bona immobilia quo iure sint alienare prohibiti. li. iij. fo. xciiij.

Tutores qui dicantur/quotuplices sint, & qui possint esse & quando desinant esse & ad quid teneantur, libro secundo, folio. lvij

Valēs qui septem fideicommissorum libros composuit cuius ius temporibus fuerit. li. v. fo. cxxiiij

Valentinianus qui a theodosio iuniore Cæsar factus quid imperator & ante gesserit, & quas leges ediderit libro quarto, folio. cvi

Valentinianus post gratiani fratris exitum imperator factus, qualiter rexit & quas leges edidit, libro quarto, folio centesimo decimo quinto.

Valētinianus a quo imperialis suscepit infulas & qualiter illas rexit qualve leges ediderit, libro quarto, folio centesimo decimo quinto.)

Varius Antoninus Heliogabalus qualiter imperium fuerit adeptus & illud rexit, & quas ediderit leges. libro quarto, folio. cix.

Venerari an possint secundum leges imperatores & an secū-  
dum catholicas leges sancti: & an virtutes & illis templa sta-  
tui. libro. ij. fol. xvij. & xix.

Venuleius Papiniani auditor quos libros & cuius temporibus scripserit. li. v. fol. cxxvi.

Verbum est & erit quale tempus denotēt. libro secūdo. folio octuagesimoseptimo.

Vespasianus e Sabino & vespasia polla ortus qualiter fuit impator creatus & in eo qualiter se gesserit. libro quarto. folio. ciiij.

Vestales virgines quis primus introduxit: & quid eas decebat. lib. secundo. fo. xxv

Vestales virgines antique an & in quo hodiernis conueniāt & quæ possint hodie vestales appellari. libro secundo. folio nonagesimo primo.

Via & iter in se continet & ius agendi & eundi & ambulandi de quantum debeat continere & quid differat ab itinere. libro secundo. fo. lxxij.

Victor hostibus fufis Iouī optima spolia ferebat & quibus legibus. li. ij. fo. xvi

Vindius / Verus / & Vlpīus non leues iuris ciuīlis authores quibus temporibus fuerunt: libro quinto. in capite de Marcello. fo. cxxv.

Virtutes colī an possint secundum leges & an illis templa statui. li. ij. fo. xix

Vis & publica & priuata per quas leges est prohibita, & qualiter puniatur illam inferens. li. ij. fo. liij

Vlpīus Traianus adoptiuus neruæ filius vbi imperij habenas sumpsit, & quid gesserit sanxeritve. li. iij. fo. cv.

Volusius metianus siue martianus iuris ciuīlis temporibus Antonij Pij professor librum quæstionum & fideicommissorum sedecim & publicorum quattuordecim scripsit. libro quinto. folio. cxxv



Vota reddi an debeant & an possint immutari. & qui voto obligantur. lib. ij. fo. xxxij

Uscapto quādo/ quibus legibus & in quibus rebus habeat locum & quanto tempore tam in mobilibus quam immobilibus. lib. ij. fo. lxi

Zenon isauris. ciciliae humilibus natus parentibus quid gesserit in imperio. libro. iij. folio. cxvij.











